





A-4927

LIBER SINGVLARIS

AD TEXTVM IN L. SI IS QVI PRO EMPTORE,
ff. de usurpation. & usucap.

VBI PLVRA DE NATVRA POSSESSIONIS.

PHILOSOPHICA, ET ACADEMICA
methodo enucleantur, discutiuntur,
explanantur.

AVTHORE

LICENT. DON BALTHASSARE
DE PRADO

REGVLARIS ECCLESIAE SANCTI
Isidori Legionensis Ordinis Sancti Augustini Canonico.
Apud Salmanticenses quondam in Regali Collegio
B. Mariae de la Vega Sacror. Canonum
Professore :

Deinde Balearico, nunc verò Barcinonensi
Apostolico Inquisitore.



CVM SVPERIORVM PERMISSV:

Batchinonæ : Ex Typographia Hyacinthi Andreu, in vi-
co Sancti Dominici, Ann. 1677.



nm 514
P. 677

Die 10. Octobris 1677.

Imprimatur.

D. Fr. Ildephonsus Archiepiscopus.
Episcopus. Barcinens.

Die 10. Octobris 1677.

Imprimatur.

Don Michael de Cortiada
Antiquior.

Deinde Barcinens, tunc vero Barcinonensis
Apostolicus Inquisitor.



CVBI SUPERIORVM PERMISSVM

Barcinonae: Ex Typographia Hyacinthi Andree in vi
co Sancti Dominici, Anno 1677.



HISPANIARVM

SALOMONI: HISPALENSI QVONDAM

Antistiti sanctissimo : Legionensis vrbis thesauro

prædiviti : Ecclesiæ sanctæ Dei Doctori

Celeberrimo:

DIVO ISIDORO

PATRONO SVO COLENDISSIMO

servulus exiguus exiguum opus se que totum

devover Auctor.

EXIGVVM opus, vt magnum quid sortiatur, Te, Præsul Maxime, sortitur Mœcenatem: cui namque originario debeatur iure dubitare quidem ipse nō debui, qui totus tui juris sum: Tibi certè vivit, qui per Te vivit: eloquar, vt proclamet in posterū hæc pagina quod magno meo bono ab adolescentia fidemissimè de tua munificentia sensi. Salmanticæ dū vitam agerem à maligna febrī in extremis iam ferè constitutam, beneficio tuo incolumis evasi, ingrati, aut cæci potius animi reus proculdubio futurus, eius si negarem esse nunc vivere, cuius fuit tunc non mori. Quales quales egi in percelebri illa Academia progressus tui sunt, cuius sub auspicijs pro tenuitate mea profeci. Extabat Excellentissimus Dominus meus Don Antonius Pimentel Beneventanus Comes: exitit insuper Excellentissimus Dominus meus D. Didacus Arce de Reinoso Inquisitor Generalis; O quantum par! quorum alter mea studia benignè fovit, alter ultra

modum decoravit, in gremiū sancti Inquisitionis Officij proprio
me, vt sic dicam, mou, ne de facie quidem visum cooptans.
Defecere tamen, è vivis, proh dolor! me superstitè, vt vnum
Te inter cœlites triumphantem Patronū, è superis advocarem.
Ast quid in Te desiderem nescio: Nobilitatem? Parentem ha-
buiti Severianum Carthaginensium Ducē: Nepotes ex Theo-
dofia sorore Hermenegildū, & Recaredū Hispaniæ Reges; San-
ctitatē? inter Germanos Fratres Leandrum, Fulgētium, & Flo-
rentiam sanctissimus prædicaris: Doctrinam? Operibus credite,
inter Sanctorum Ecclesiæ Patrum monumenta perennaturis:
Hispaniæ Salomon audiit Isidorus, sapientiæ portentum, sæculi
sui oraculum futurorum immortale decus. Congruit, & operis
argumentum, de Possessione scilicet institutum. Possessionem
dixerim tuam iure merito Civitatem Legionensem antiquitate,
& armis nobilissimam: quam semel adeptus, vti gratissimam præ-
tiosi tui corporis sedem, nulla temporum iniuria deserere passus
es, & incrementis magnificè: in immensum fere imperiū augere
studuisti; Possessionis, liceat sic dicere, tuæ vsque adeo tenax, vt
quæ Maurorum antea incurfibus sepius afflictabatur, ac velu-
ti humi iacens victorijs seruebat: in tuam mox veniens Posses-
sionem sacrorum ossium tuorum reliquis cœlitus ditata, novo
munita præsidio, erecto iam capite nihil aliud de Mauris nisi
triumphos reportavit. Ferunt Leonum Ossa prænimia solidita-
te emedullata reperiri: atque inde fortè leoninum robur: Vrbs
Leonum Legio est, vndè Leones Hispani in Gentilitia Regum
stemmata prodire: Tua recondit Ossa leoninis faciliè solidio-
ra, atque fortiora, vt inde Legionensium in propulsandis hosti-
bus robur, ac fortitudo, in propagando postmodum Hispano
nomine ad remotissimas Orbis plagas invicta constantia pro-
disse videatur. Hinc Castellæ, hinc Portugalix Regna, hinc vni-
versæ Hispaniæ ad Orientales vsque, & Occiduas Indorū me-
tas amplissimè protractum imperium in Tuam quoque celsit
quasi Possessionem: vt liceat existimare, Tecum Sanctissimo Ia-
cobo fœdus, ac societate super Hispanici iure Patronatus iniisse.
Non ne in obsidione, ac expugnatione Toletana, Iacobi arrep-

ta victrice Dextera, ad Infidelium stuporem, & stragem vsque dimicasti? Quasi triumphabūdo brachio Iacobeo animos simul, & palmas adieceris ad Hispani nominis gloriam nullis seculis intermorituram. Nonne Civitatis vrbis mœnia periclitantia ab aggressorum insulibus visibiliter apparens strenuè tutatus es? Non ne in Baezæ oppugnatione es visus ipso in prælio hostiles copias acerrimè fundens? Legionenses non ne tuos semel, atque iterū fœlicitate pari permille discrimina mirabiliter duxisti? Norunt qui Annales nostros, vel è primo limine salutarūt. Vsq̄ adeo tueris quæ tua sunt, & quam semel adisti Possessionem inconcussam retines. Ergo patere Hierarcha clarissime, patere inquam, vt opusculum hoc saltem, quia meū qui totus tuus sum; suum Te audeat interpellare possessorem, ac vindicem: tui vnus patrociniū ibit in lucem in beneficentiæ tuæ, & gratitudinis meæ levidense monumentum: illud, meque totum inter tua suscipe, vt à vniuersorum Authore Deo Optimo Maximo eo, quo tua omnia, propitio vultu simul excipi mereamur.

L E C T O R I S.

PRÆBVIIT ansam scribendi super hunc textum, fidei negotium cum colendissimis D. D. D. Ioanne de Ribera, & D. Licent. D. Bartholomæo de Espejo, & Cisneros Inquisitoribus Apostolicis, meis collegis agitarum tribus ab hinc annis, & initio huius Septembris repetitum: in quo, iudicium meum, circa fictionem iuris: an locum habeat in his, quæ sunt facti ad quod lex hæc allegabatur, placuit, & quod typis mandaretur. Hoc fuit in causa, ut operi calamum admoverem, qui doctissimorum commilitonum censura fretus, non debui, non deferre sententiæ, quæ apud me propter illorum eruditionem, rerum peritiam, & Iuris Vtriusque scientiâ maximi est ponderis.

Nimius videbitur apparatus vni legi. Sed primogenitum quicumque excipit ea, qua pollet, maiestate, & quandoque vnus expectatur partus, & plures eduntur, sicut in iure cautum reperitur, & in historijs Flandriæ Comitissam vno partu 365. enixam.

Præter meritum opus non commendo, neque a deo philautia laboro, quod ambiam plurimi gratis haberi, si quidquam dixerim laude dignum commendatione non eget

*Nostra Patrocinium non querunt carmina. Quare?
Si bona sunt, bona sunt: si mala sunt, mala sunt.*

Ouven. in præfat ad lib. secundo, primum.



INDEX LEGVM.

QVARVM SENTENTIÆ, VEL E TENEBRIS
erutæ, vel noviter illustratæ.

Ex Digesto veteri.

- L** Eg. 5. ff. de ll. & S. C. pag. 132. num. 169.
L. 7. ff. de statu hom. p. 27. num. 194.
L. 26. eo tit. ibidem.
L. 41 ff. de adopt. pag. 91. n. 612.
L. 1. §. 1. ff. ex quib. cau. maior. p. 73. n. 496. p. 501. cum seq.
L. 19. eo tit. pag. 13. n. 91. & p. 73. n. 495. & seq.
L. 30. eo tit. p. 32. n. 226. & p. 67. n. 466. & seq. & p. 120. n. 112.
L. 14. §. impensa, ff. de relig. & sump. p. 46. n. 322.
L. Clavibus, ff. de contr. emp. p. 27. à n. 192. ad 202.
L. 1. ff. de hered. vel act. vend. p. 136. n. 187. & sequent.

Ex infortiato.

- L. 34. §. 1. ff. de hered. instit. pag. 84. n. 553.
L. 88. ff. de acqui. hered. p. 66. n. 473.
L. 78. § 4 ff. de legat. 3. p. 35. n. 250. cum plur. seq.
L. 1. §. fin. ff. de aur. argen. mun. & c. p. 46. n. 322.
L. 18. ff. de condit. & demonstr. p. 52. n. 366.

Ex Digesto novo.

- L. 44. ff. de manum. test. p. 48. n. 337.
L. 7. § cum quis, ff. de acqui. rer. dom. p. 34. n. 245. & seq.
L. 61. eo tit. p. 84. n. 553.
L. 1. §. 4. ff. de acqui. possess. p. 10. n. 65. & passim.
L. 3. §. 18. eo tit. p. 9. n. 55.
L. 13. §. 4. eo tit. p. 88. n. 594. & p. 93. n. 639.

- §. 5. eiusdem l. p. 67. n. 467. & p. 120. n. 112.
 L. 15. eo tit. p. 9. n. 53. & seq.
 L. 17. §. unico, eo tit. p. 90. num. 609.
 L. 20. eo tit. p. 33. n. 233. & p. 69. n. 471.
 L. 23. eo tit. p. 83. n. 550. & p. 94. n. 649.
 L. 27. eo tit. p. 70. n. 480.
 L. 49. §. 1. eo tit. p. 7. n. 42. & p. 13. n. 89.
 L. 11. ff. de usucap. p. 138. n. 196.
 L. 31. §. vacuum eo tit. p. 120. n. 112.
 L. 40. eo tit. ibidem.
 L. 44. §. nondum, eo tit. ibidem.
 L. fin. §. fin. eo tit. p. 139. n. 203.
 L. 2. §. 20. ff. pro emp. p. 14. n. 10. & p. 120. n. 112.
 L. 6. §. fin. eo tit. p. 69. n. 478. & p. 120. n. 112.
 L. 1. ff. pro herede. p. 136. n. 187.
 Titulus de divers. & temp. præscrip. p. 92. n. 628.
 L. 6. eo tit. ibidem. n. 633.
 §. 1. eius l. p. 96. num. 660.
 L. 11. p. 14. n. 101.
 L. 12. §. 1. eo tit. ibidem.
 L. 14. eo tit. p. 93. num. 635.
 §. 1. eius l. ibi. n. 637.
 §. 3. eius l. p. 96. n. 671.
 §. 4. eius l. p. 93. n. 639.
 L. 15. §. 1. eo tit. p. 96. n. 633.
 §. 4. eius l. ibi. n. 668.
 §. 5. eius l. ibi. n. 664.
 §. fin. eius l. ibi. n. 665.
 L. 1. §. scavola. ff. si is qui test. liber esse iu. fue. p. 82. n. 539.
 L. 2. §. 2. ff. expilat. hered. p. 83. num. 551.
 L. 12. §. 2. ff. de cap. & post. p. 10. n. 65. & passim, ac ex professo. p.
 . 110. n. 45. cum pluribus sequentibus.
 L. 22. §. 3. eo tit. pag. 116. n. 83.
 L. 32. ff. de reg. iur. p. 134. n. 179.
 L. 209. eo tit. p. 134. n. 178.

Ex Codice.

L. 4. Cod. de sacros. eccles. p. 52. n. 362.

L. 9. eo tit. ibidem.

Novel. 43. ibidem.

Ex institutionibus.

Princip. Quib. mod. ius pat. sol. p. 91. n. 612.

§. cum ex aliena de rer. divis. p. 34. n. 245.

§. inter emptorem de usucap. p. 14. n. 101. & p. 97. n. 673.

§. diutina eo tit. ibidem.

§. 6. de furtis. pag. 84. n. 555.

Ex Decretalibus.

Cap. 2. de consuet. p. 27. à n. 181. ad 202.

Cap. contingit de dolo. & cont. ibidem.

Cap. 12. de sepult. p. 55. num. 398.

ERRA



ERRATA MAIORIS NOTÆ.

P Ag. 4. lin. penult. lege, tuimet : Pag. 5. lin. fin. leg. insignes utilitates :
Pag. 6. lin. 4. leg. possit : Pag. 14. lin. 1. leg. quæ à DD. lin. 3. dele ad,
lin. 3. leg. secundū : lin. 23. leg. Profit. Pag. 15. lin. 2. 1. dele cū quis : Pag. 18.
lin. 1. leg. collectio digna : Pag. 22. lin. antepen : leg. ius singulare : Pag. 24.
lin. 1. leg. sine possessione 25. & dele, vsucapionē 9. P. 25. lin. 6. leg. possit :
P. 35. lin. 24. adde, ff. de legat. 3. Pag. 38. lin. 2. 1. leg. cedit : Pag. 43. lin. 14.
leg. operiendorum : Pag. 43. lin. 1. 1. leg. it cęlo : Pag. 52. lin. 15. leg. abierit :
Pag. 58. lin. 1. 1. leg. comburi cor : Pag. 60. lin. 1. leg. villa : Pag. 66. lin. 15.
leg. inviffa : Pag. 83. lin. 1. 1. leg. quæ : Pag. 85. lin. 20. leg. ente : Pag. 87.
lin. 20. leg. sequantur : Pag. 68. lin. 7. leg. interea : Pag. 102. lin. 3. leg.
queri : Pag. 110. lin. 2. 1. leg. Iulianum : Pag. 113. lin. 4. leg. redeat : Pag.
118. lin. 24. leg. prodest.

APPA-



APPARATVS

AD I. C. PAVLVM LIB. XV. AD
Plantium, in l. si is qui pro emptore 15. ff. de usur-
pationibus, & usurpationibus.



EROBSCVRAM appellat hanc ¹
 legem vir ingenij acerrimi, sed
 qui difficultatem vitavit, Osuald.
 ad Donel. *lib. 5. comment. cap. 20.*
lit. L. vbi tantum citat aliquos
 DD. eam tractantes, omiſſis plu-
 ribus, prout & nobis omittere viſum, & ab allega-
 tionibus abſtinendum, niſi per quam neceſſarijs:
 Tum, quia non plus deferendum auctoritati hu- ²
 manæ, quam rationi. *cap. Ego ſolis 9. diſt.* Tum, ³
 quia viderim, non indoctis diſplicere ſcribentium
 recentiorũ morem, qui plus operæ inſummunt in
 allegando, quam in probando. Tum, quia credũ- ⁴
 tur ad variam oſtentationem, quam ad profeſſũ
 adductæ: Tum, quia verè intellectum retardant: ⁵
 Tum denique, quia in re adeò lubrica, removere ⁶
 obices oportet, quam opponere.

7 Quare, vt planus procedam, præter Iuristarum morem, agam frequenter syllogistico: & quia materia est de apicibus iuris (vt illi vocant) à principijs scientiæ naturalis elicitæ, & ægerrimè, nisi à Philosopho edocto saltem mediocriter, capiendæ: & quia hac methodo ratio magis vrget, & tenacius imprimitur.

8 Et, quia hic textus, & suppositionibus, & sub-auditionibus est refertus, notare, & tenere menti oportet sequentia, vel pedem referre.

9 Et sit primum: Quid contineatur in fictionibus postliminij, & legis Corneliæ. Quæ cum obvia sint omittimus, licet in discursu non pauca dicemus. Scribimus enim, non transcribimus.

10 Nec ideo tamen recentissima offerimus; sed certa nove applicata promittimus.

11 Secundum: natura possessionis altius investiganda est, quam alibi. Adeò enim magna illius amplitudo, quod, etsi illud Virgilianum hyperbolicum 1. Æneid. Usurpes

Imperium Oceano, famam, qui terminat astris.

Et inmutatum, atque auctum reddas.

Imperio Cælum, fama, quæ superat astra.

Ipsi longitudinem, latitudinem, summitatem, atque profundum. Vix exprimes.

12 Etenim possessione explicat Deus suam æternã generationem: Proverb. 8. *Dominus possedit me in initio*

3
initio viarum suarum. Et possessione explicantur 13 Loret. in
ea, quibus homo fit beatus in hac, & æterna vita. sylvævec
bo Possi-

Inde virtualis possessio, quæ est possessio gra- 14 dere.
tiarum, scientiarum, & virtutum, quam boni pos- Bercor.
sident in hoc mundo. Et hac possessione possidēt eo verb.
boni sapientiæ limpiditatem. Proverb. 18. *Cor pru-*
dentis possidebit sapientiam.

Item continentię sanctitudinem. 1. Thesal. 4. 15
Sciat unusquisque vas suam possidere in sanctifica-
tione, & honore.

Item patientię fortitudinem. Lucæ 21. *In pa-* 16
tientia vestra possidebitis animas vestras.

Item amicitię recluditatem. Ececl. 22. *Fidens* 17
posside cum amico.

Deinde spiritualis possessio, seu hæreditas Ec- 18
clesiæ Militantis. Ista est possessio clericis assigna-
ta. Iosue 13. *Tribui Le-vi non dedi possessionem, quo-*
niam Dominus Deus Israel est possessio eius. Quod po- 19
tissimè dicitur de viris religiosi, & perfecti, qui
non habent proprium in hoc mundo; Dominus 20
enim possessio eorum est, & ab ipso etiam possi-
deri debent, quia iusti sunt possessio Dei, & Do-
minus eos, tanquam suos, ipsosque, tanquam pos-
sessionem suam ab omni peccato defendit. Quod
petebat Moyf. Exod. 34. *Obsecro ut gradiaris nobis-*
cum, nosque possideas.

Uterius; est possessio supernaturalis, quæ est 21

4
æternæ gloriæ possessio, & Angelorum, & beatorum; de qua Matth. 25. *Venite benedicti Patris mei possidete paratum vobis Regnum.*

22 Iterum ista possessio est duplex: quia non solū gloria æterna possidetur ab anima, sed etiā à corpore quantum ad quatuor dotes suas. Esai. 61. *In terra sua duplicia possidebunt, & Ezechiel. 35. Dux terra mea erunt, & hereditate possidebo eas.* Et ideo Baruch 3. dicitur. *O Israel! quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius.*

23 Vnde Neothericus: Nihil profecto possessione dignius præ oculis habuisse, visus est Psalmographus sacer, quo Dei summi rerum opificis, ac molitoris dominium iure creationis commendaret; *Impleta est, inquit, terra possessione tua.* Vbi luculentissimus interpres per possessionis characterem, exitium intelligit creationis titulum, quo Deus ingenito sibi iure vniuersorum Dominus proclamatur.

Psal. 103.
Lorin.
ibi.

24 Sed, quoniam *tanquam momentum statera, sic est ante te Orbis terrarum,* vt aiebat Sapiens; ac proinde præ rerum creaturarum exiguitate, *tanquam gutta roris ante lucani earumdem possessio;* O Deus optimè, & à te ipso summe fœlix, parum id esset, aut certè tibi nihil, nisi hanc ipsam tuam fœlicitatem in suimet summi boni perfectissima possessione consistere, ex Sanctorum Patrum mente magni
nomin-

Sap. 11.

ibid.

5

nomini Theologi iudicarent: dicturi utique facili consequentiæ filo, & Angelicam quoque, humanamque beatitatem in eo stare, quod summū illud idem bonum à creaturis suis perenniter possideatur.

Pulchrè Augustin. *Dominus pars hereditatis meæ:* 25
Ergo unde beati erimus? Deum possidendo.

Super
Psal. 32.

Quod usque adeò verum existimaverim, ut spei 26
Theologicæ virtus, alioquin præstantissima à beatis mentibus procul exulet, iuxta Præceptorē Angelicum; ea tantum de causa, quod possessioni beatifici status propriè contradicat. Ea possessionis apud homines fœlices, ea apud Angelos fœliciores, ea apud Deum ipsum fœlicissimum habetur ratio.

2. 2. q.
18. ar. 2.

Hæc autem possessionum genera, à gymnasijs 27
remota, à palatijs sunt remotissima; aliaque temporalis, & caduca (de qua pro nunc noster sermo) ex hominum prava opinione, quasi immmanis 28
tyrannus caput effert, primatumque affectat, & pro sui acquisitione totus cōfunditur Orbis, plausibiliterque de ea fertur: *Beatus qui possidet. Glos.* 29
celebris. in S. si tres. de Pace Tenend. & eius Violat. verbo requirat. in Usib. Feud. Quæ certè, pos- 30
sessio, etsi pro necessitate corruptæ naturæ pluris, quam debet, habeatur, magni tamen in rei veritate faciendâ est; propter insignis utilitatis, quæ ex
ea

- 31 ea proveniunt. DD. in §. *Commodum inst. de interd.* quarum præcipue, quod sine ea dominium
 32 nihil prodesset, nec cuiusvis rei fructus, aut cōmo-
 ditas esse potest. Ant. Fab. 4 *coniect.* 12. Govean.
 33 2. *variar.* 13. Dominiorum incertitudo, & confu-
 sio in publicā perniciem intercederet, vt per Do-
 nel. & Osual. *lib. 5. Comm. cap. 30.*
- 34 Ad afferendum autem hoc bonum adeo socie-
 tati, & humanæ utilitati necessarium, non mino-
 ra, tam à Civili iure, quam Canonico sunt conces-
 sa remedia, ac ad vitæ tuitionē: & præter iuridica;
 de quibus plena manu Menoch. & alij passim,
 etiā facti remedia, sicut pro tuenda vita sunt per-
 missa. l. 1. §. *vt vim, ff. de l. et l. 3. §. cum igitur*
9. l. qui possessionem 17. ff. de vi, et vi arm. l. Sed et
partus 12. §. 1. ff. Quod met. caus. & apud Castella-
 35 nos frequenter exauditur. *Possession, y lanze en po-*
ñõ maguer que la cosa no sea propria.
- 36 Cæterum, cum possessio, iuxta Theophil. defi-
 nitionem in §. *idem placet, Inst. Per quas pars, et in*
§. est autem. Inst. Quib. mod. (quæ magis placet) sit
 detentio cum animo dominantis, cum quo sub-
 stantialiter conveniunt præcipui iuris interpretes,
 & præsertim laudati ab Osual. §. *com. lib. 6. lit. O. et*
- 37 P. dicatur possessio à pedibus, vel sedibus, vt DD.
 tradunt in l. 1. ff. *de Acquir. possess.*: parumque ho-
 minibus prodesset, si ad eam quærendam omnes
 glebas

7
glebas circum ambularent, & ad retinendam corpore insisterent, nec ab ea recedere possent absque sui iuris iactura, & semper fuisset ei adhærendum testudinum more; ut cōsiderant relati ab Osuald. 5. *comm.* 13. *lit. A*; consisteretque naturaliter in illo facto retentionis, quod factum, nisi incommodè, esse non poterat alicuius durationis: huic incommodo, ne res adeò pretiosa, tam cito periret, occursum est à lege interpretando illud factū durare, & animo retineri, licet detentor, seu possessor recedat à re apprehensa. 38

Est enim factum, quid transiens neque, ut area, domus, prædium, &c. per se subsistens. Donel. 5. 5. *comm. cap.* 20. nisi in illo instanti quo faciens operatur, ut in manualibus videre potes, & in his, quæ ipse facis, & fecisti. 39

Hanc igitur durationem lex sua virtute facto tenendi tribuit, ut licet verè transierit animo tamè retineri, & subsistere videatur: nec animo semper intento rei possessæ, sed sufficit quod possessor animum contrarium non habeat. *l.* 3. §. 1. & *l.* 6. §. 1. *ff. de Acquir. posses.* 41

Hinc est, quod Papinianus in *l. Possessio* §. 1. ait: possessionem plurimum ex iure mutuari. Quid autem sit hoc plurimum nullibi tractatum inveni pro dignitate. Solum DD. dicunt habere possessionem multos iuris effectus, quos non enumerant. 42 43 44

45 merant. Effectus iuris dicuntur, quia à iure causati,
 respectu vero possessionis sunt qualitates, quod
 annotandum duxi ne impliceris.

46 Nos autem aliquos considerabimus, qui nostro
 47 instituto deserviant. Et sit primus: quod illud fa-
 ctum possidendi sua natura modicæ durationis
 animo retineatur, ut supra num. 41. Et sit idem fa-
 48 ctum continuum, quod per se, ut est manifestum,
 continuari non poterat nisi in re modica appre-
 hensa, aut corpori supposita. Unde continuatio
 possessionis in *l. usucapio 3. ff. hoc tit. de usurp. &*
usuc.

49 Secundus effectus; quod cum hoc factum sit
 incorporale, quod nullo potest recondi loco, sicut
 res corporalis, præcipuè mobilis; tamen remaneat,
 & adhæreat personæ possidentis, seu facientis, &
 50 ibi continuetur. Et hoc est, quod docet Papinia-
 nus in *l. iusto errore 44. §. ff. hoc tit. ut quod, usu-*
 51 *captum diceretur, possessum foret.* Quod bene expli-
 cans Anton. Fab. in iurisprud. Papin. tit. 11. Princ.
 8. *illat. 28.* ait: quod sicut usucapio non potest
 sine possessione procedere, ita neque possessio sine
 persona.

51 Verum hoc ita est intelligendum, quod natura
 facti non perimatur. Itaque, quemadmodum quan-
 do nolumus non facere, non facimus, eodem
 modo si nolumus non possidere, non possidea-
 mus

mus, *d. l. 3. §. 1. & 6. & d. l. 17. §. 1. ff. de Adq. Posses.*
 Et quemadmodum quando volumus facere si ma- 53
 iori vi prohibeamur non facimus, simili modo
 quando volumus possidere, si maiori vi prohibea-
 mus, non possideamus, quia nobis interimitur fa-
 ciendi, seu possidendi facultas, *l. Rem qua 15. l. 3. §.*
18. ff. de Adq. posses. cum alijs.

Tertius effectus: quod hoc factum respiciens tē 54
 possessam, & personæ possidentis adhaerens habeat-
 ur admodum rei corporalis, & mobilis. Vnde eve- 55
 nit, quod huius facti furtum committatur. *d. l. 3. §.*
si rem 18. & d. l. 15. Quod fieri nō posset si censeretur
 inter incorporalia, quorum, cum non sit contraecta- 56
 tio, nec est furtū, *l. 1. §. fin. ff. de Furt.* Nec si inter im- 57
 mobilia censeretur, cum hæc furari non possint, *l.*
quam rem 38. ff. hoc tit. de usurp.

Dices: si hæc ita sunt, provt sunt, quomodo sub- 58
 repta re possessa, quæ extra nos est, perimitur hoc fa-
 ctum, quod in nobis est?

Resp. hoc provenire ex relationis natura. Posses- 59
 sio habet relationem ad rei tenendæ facultatem, qua
 sublata, & possessio tollitur.

Objicies secundo Regul. *id quod nostrum est, sine* 60
facto nostro ad alium pervenire non potest, l. 11. ff. de
Reg. iur.

Resp. nostram possessionem ad furem non trans- 61
 ferri, sed perimi rei tenendæ facultate adempta.

- 62 Urgebis: Fur vel violentus possessor nostram rem occupat, & possidet, *d. l. 1 §. ff. de Adq. posses. l. 1. §. vi possidere, ff. de vi, & vi arm.* Ergo nostram possessionem habet.
- 63 Resp. Concesso antecedenti; nego consequentiã. Et est ratio, quia possessio, sive factum nostrum peremptum est. Nec Fur, nec violentus possessor ex facto nostro, sed ex suo possidet.
- 64 Urgebis iterum: Igitur lex iniqua permittens nostrum factum perimi, & furis retineri.
- 65 Resp. legem non tollere naturas rerum. De natura facti est, quod semel peremptum non restituatur. *l. In bello, §. facti, ff. de capt. & Post. l. re- vers.* Ideo factũ amissum, sive iustè, sive iniustè, non servat quia non potest. Factum autem furis non tollit eadem ratione, quia natura eius facti est detentio rei, licet alienæ cum animo possidendi coniuncta, quod factum
- 66 est possessio. Optimus tex. *in l. 1. §. si vir 4. ff. de Adq. Posses. ibi: Quia res facti infirmari iure civili non potest.* Cæterum factum furis non approbat, in quo esset in-
- 67 iustitia legis; imò contra illud proponit remedia ut perimatur, & spoliato novo facto reddatur facultas, impedimẽto sublato, ad possessionem acquirendam
- 68 *v. cor. tit. unde vi, & alibi passim.*
- 69 Et hoc est, quod dicit Papin. *in l. Denique, ff. ex quib. caus. mac.* Quod possessio plurimum facti habet.
- 70 Quod scilicet sua natura possessio factum est, quod per-

personam requirit, quod perempta, seu amissa non restituatur, sicut factum præteritum non restituitur adversante natura: de quo infra latius agendum est.

Quattus effectus: Quod non sit necesse rem possessam præ oculis habere, ut possessionem retineamus, sed etiam si à re absumus, & peregrè proficiscimur, possessio nos committetur, *l. Peregr. 44. ff. de Adq. Posses.* 71

Quintus effectus: Quod hoc factum, quod habetur admodum rei mobilis, sit transmissibile de persona in personam, *l. 2. §. 20. ff. pro empt. l. 2. §. un. & l. 3. ff. de Action. emp.* Sic etiam per alias personas nobis acquiritur, & nobis retinetur, *l. Traditio 20. §. fin. l. ea que 53. ff. de Adq. rer. dom. l. Generaliter 9. cum alijs, ff. de Adq. Posses.* 72 73

Hic effectus mirabilis est, & supra naturam facti: Etenim factum sua natura non egreditur facientis personam, *l. Qui hæredi. 44. ff. de condit. & demons.* Nec transit ad heredes, *l. 8. §. tale, ff. de lib. leg. cum alijs.* Et hoc est quod intendit, *l. 155. ff. de Reg. iur. factum suum cuique, non alij nocere debere. Et illud. 2. ad Rom. 6. Qui reddet unicuique secundum opera sua.* 74 75 76

Sextus effectus: Quod hoc factum continuatum per tempus à lege definitum adquirat, & pariat facienti, sive possidenti dominium. Quod factum acquirendi ususcapio appellatur, & sic à Modestino definitur in *l. 3. ff. hoc tit. ususcapio est adiectio dominij, per* 77 78

continuationem possessionis temporis lege definiti.

79 Vbi notandum, de substantia vsucapionis non esse continuationem : quod ostendo : quia salvari posset vsucapionis essentia, si lex voluisset, quod continua-
 80 tio non esset necessaria, sed quod tempus possidendi esset vtile, & in hoc nulla videretur repugnantia. No-
 81 luit tamen lex ; primo ratione possidentis, vt res suas curaret ; secundo favore dominorū, vt difficilius rerum suarum dominium amitterent. De quo fusius alio loco.

82 Sed neque tempus esse substantiam vsucapionis, sed accidens. Quod probo argumento Kercherij, quem nunc præ oculis habeo, *Lucis, et Umbrae, Arte Magna lib. 1. par. 1.* Quod intendi, & remitti potest accidens est, sed tempus vsucapionis intendi, & remitti potest ; ergo tempus accidens est. Min. prob. Nam quandoq; requiritur triennale tempus, quandoque decennale, quandoque vicennale ; ergo tempus vsucapionis intendi, & remitti potest.

84 Relinquitur ergo, quod tota substantia vsucapionis est possessio. Ideo Papin. *in d. l. 44. §. fin.* ait: quod nihil potest dici vsucaptum, quin sit possessum. Pet. Gregor. *Synragm. 40. cap. 4. num. 2.* vbi ait ; bassim, &
 85 substantiã vsucapionis esse possessionem. Et est tex. *in l. sine possessione 25. ff. hoc tit.* vbi dicitur ; quod sine
 86 *possessione vsucapio contingere non potest.* Facit *cap. sine pos-*

possessione de R. I. lib. 6. Perempta ergo substantia rei,
 & ipsa res perijt, *l. Iulianus, §. sed si quis rem, ff. ad exhib.* Nec semel corrupta naturaliter reproduci potest, *l. qui res, §. Arcam. vers. Nec admissum, ff. de solut.*
 Et ratio rationis; quia ad præteritum non est potentia, quæ bene menti tenebis.

Alij effectus forte possunt considerari, quos possessio à iure mutuo habet, sed pro nostro instituto hæc sufficiunt. Ex quibus vide, quam rectè Papin. in *d. l. 49. §. 1. ff. de Acquir. possess. dixerit;* plurimum ex iure mutuari possessionem. Idemque Papin. in *l. denique, ff. ex quib. caus. mac.* docuerit possessionem habere plurimum facti. Habet enim plurimum iuris, quia omnes effectus annotatos recipit à iure. Habet etiam plurimum facti, quia sua natura factum est, & tam in sua creatione, quam in interitu retinet naturam facti.

Vnde in illa quæstione: An possessio sit iuris, vel facti, in qua plures plura dixerunt, ut est videre apud Osuald. *5. comm. 6. lit. C* excogitabam philosophandū ad instar eius, quod de filijs traditur. Alij enim suæ naturales tantum: Alij naturales, & legitimi simul: Alij legitimi tantū. Sic possessio naturalis, quæ consideratur in puris naturæ. Possessio naturalis, & legitima illa eadem à lege adminiculata. Legitima tantum, ut in incorporalibus. Quæ quasi per indicem dicere volui, quia fortassis exprimunt melius huius

rei naturam, quam alia multa, quæ DD. comminiscuntur, & pluribus non prosequor, quoniam ad finem ad quem intendo parum conducunt.

99 Cum ergo tot effectus à iure mutuatos habeat possessio, à se autē ipsa habeat, quod sit factum, plures quæstiones à Jurisconsultis tractantur, tam de acquirenda, quam de retinenda, & amissa possessione recuperanda in tit. Pandect. de *Acquir. & Amittend. poss.* & alibi, tam in corpore Iuris Civilis, quam Canonici. Sed ad paucas, quæ deservire possunt ad intelligentiam dictorum, & dicendorum, & præcipuè nostri tex. in *l. si is qui pro emptore deveniamus.*

100 Et sit prima facilius succedendum communem existimationem: Nam in rei veritate difficilius est, ut prob. tex. in *l. Pompon. 13. §. Quæsitum, ff. de Adq. posses.* de quo inf. num. 595. Vtrum scilicet, possessio venditoris continuetur cum possessione emptoris. Quæ eadem est cum illa: Vtrum possessio venditoris profit emptori ad usucapionem? & est Quæstio tractata à Paul. in *l. 2. §. empto. 20. ff. Pro empt.* & à Justin. in *§. inter emptorem, Inst. de usucap. & in l. de Accessionib. 11. §. 2. & l. seq. §. 1. ff. de divers. temp. Prescrip.*

102 Et videbatur dicendū, quod non possit, hac ratione. Ad hoc, ut procedat usucapio debet continuari possessio. *d. l. 3. ff. hoc tit.* sed possessio venditoris non potest continuari cum possessione emptoris; ergo possessio venditoris non prodest emptori ad

usucapionem. Min. prob. Possessio venditoris est factum venditoris; sed factum venditoris non potest continuari cum facto emptoris; ergo possessio venditoris non prodest emptori ad usucapionem. Min. prob. Continuum dicitur cuius extrema sunt vnum. 5. *Physic.* 1. sed factum venditoris, & emptoris non sunt vnum, sed diversa, ergo continuari non possunt

Contrarium statuitur in dictis locis. Ratio decidendi ¹⁰³ hoc factum est legale, & habetur admodum rei mobilis, & est transmissibile de persona in personam sup. num. 54. & tradi dicitur in *l. si ex stipulatione* 5. & possessio tradita in *l. Fundi* 33. *vers. Item si, ff. de Adq. posses.* & si auctoris possessio non tradatur, nihil prodest ad usucapionem si successor possessionem apprehendat, *dd. ll.* Hinc emptor habet possessionem venditoris si vult ea uti, & ea relicta potest ¹⁰⁴ suo facto novam possessionem quærere, & ea sola ¹⁰⁵ uti, & si utatur possessione ei tradita à suo auctore; continuatur possessio: quia factum auctoris per illius traditionem transit ad successorem, & est vnum factum continuum, *l. cum quis* 13. §. 1. *ff. de Adq. posses.* ¹⁰⁶ *l. An vitium, ff. de Di-vers. temp. Præscrip.* Cæterum si auctoris possessione relicta velit suo facto successor possidere non continuatur possessio, cum non sit idem factum, *dd. ll.*

Sit secunda Quæstio: Vtrum possessio defuncti ¹⁰⁷ continuetur in herede, prositque ei ad usucapionem.

Et

108 Et videtur, quod non. Ratio dubitandi. Possessio,
 109 utpotè factum, requirit personam, ut supra num. 49.
 sed persona morte extinguitur, *l. 3. §. fin. ff. Quib. mod. ususfr. amit.* ergo possessio extinguitur morte testatoris; ergo non continuatur, & per consequens non prodest heredi ad usufruptionem.

110 Confirmatur primo. Inter mortem testatoris, &
 heredis aditionem intercedit tempus, & aliquando
 non modicum; & sic non est persona quæ tunc tē-
 111 poris possideat. Ergo eo tempore non datur possessio.
 Cum autē possessio sit factum, quod semel amissum
 reproduci non potest, *l. in bello, §. facti, ff. de capt. & Post. re. vers.* videtur dicendum, quod factum heredis superveniens, non potest continuari cum facto testatoris, quod præterijt.

112 Confirmatur Secundo. Usufructus sicut possessio
 coheret personæ, *d. l. sicut, §. fin. ff. Quib. mod. ususfr. amit.* Et sicut possessio relationem dicit ad rem possessam, ut supra num. 59. ita & usufructus. *l. Caro 30. ff. d. tit.* Et sublato termino cessat ratio non minus in possessione, quam in usufructu *d. l. 30.* sed persona extincta, usufructus extinguitur, *d. l. 3. §. fin.* ergo extincta persona testatoris, illius possessio, utpotè, eius factum amittitur.

115 Contrarium tamen decisum extat apud Jurisconsultos multis locis, *l. cum miles 30. ff. ex quib. cau. mac. l. nunquam 31. §. vacuum, l. cæptam 40. l. iusto errore, §. Non-*

§. Nondum, ff. hoc tit. de usucap. l. Pomponius 13. §. Quasitum, ff. de Adq. posses. l. 2. §. etiam heredi, l. Qui cum 6. §. fin. ff. pro empt.

In hac conclusione omnes iuris interpretes, quos 116
viderim, conveniunt: sed non parum torquentur in explicando quomodo hoc procedere possit, eo, quod viderint, quod possessio sit factum, quod factum personam requirat, quod persona hereditatis non sufficiat ad possessionem continuandam; quia illa perso- 117
na que dicitur hereditas, est fictio, & quod fictio non habet locum in his que sunt facti, quod credunt probari in *d. l. Demique, ff. ex quib. caus. mai. & ex l. in bello, §. facti, ff. de capt.*

Videamus, ea brevitate, quam res patitur, quid in hac difficultate Doctissimi iuris interpretes excogitaverint. Donell. Osualdo, enucleante, inquit, *Possessio decessoris sine exceptione prodest, dummodo medio tempore non sit occupata, & quamvis heredes non possideant completur usucapio vacuo tempore nondum adita hereditatis, & etiam heredi ulteriori medio possessionem non nacto, que omnia iure singulari recepta sunt contra principia usucapionis, ex ea ratione, quod hereditas defuncti personam sustinet.*

Hac omnia ita concipio. Iure privilegiato, quia hereditas personam defuncti sustinet, continuatio 119
possessionis inter defunctum, & heredem est introducta contra principia usucapionis.

Quæ Donelliana collecto minus dignè est tanto
 I. C. Et quæ est illa persona hereditas appellata,
 adeo veneranda, ut eius reverentia rumpantur vsuca-
 pionis principia? illa persona est fictio. Et quid si de-
 functum sordidum representet?

Sed fortè occurrès cū Ant. Fab. in *Jurispr. Pap. tit.*
 2. *Princ.* 4. *illat* 3. asserente personæ hereditatis mag-
 nū honorem deberi. *Nam cū hereditas, sit illa quæ fa-*
cit heredem, neque enim lex potuit facere, ut qui nullam
posset habere hereditatem, heredem aliquem habere posset;
consequens est, ut non aliter potuerit lex inducere ius ha-
bandi heredis, quam si primū induceret ius habenda he-
reditatis: ut enim heres, si-ve testamentarius, si-ve le-
gitimus, fieri posset heres, id est dominus necesse fuit ali-
qua ratione induci cōtinuationē dominij illius, quod fue-
rat patrisfamilias prius, quā moreretur, ut quā-uis mor-
te desisset ille esse Dominus, non tamē ideo bona eius fa-
cta intelligerentur, bona nullius, sed dominū aliquē ha-
bere intelligerētur, ne alioqui iure ipso gentiū fieri possent
primi occupantis, l. 3. de Adq. rer. dom. Hæc Faber.

Quæ quidem valdè placent DD. & laudibus Fab
 extollunt, magis pro hoc vno, quod nullam mere-
 tur laudem, quam pro alijs pluribus sui ingenij mo-
 numentis commendatione dignis.

Discursus Fab. in summa est, quod si non dare-
 tur hereditas bona defuncti fierent nullius eius mor-
 te, & primi occupantis, & quod lex huic incommo-
 do

do occurrere non potuit, nisi fingendo hereditatem dominam. Quod omne falsum est, & patet manifestè in postliminio. Etenim civis captus, dum est apud hostes nō habet heredem, nec tunc adest hereditas, quæ dominium retineat, & tamen bona captivi non fiunt primi occupantis, sed sunt in pendentia, & servus ad sua limina reversus iura sua, & bona recipit, nec facta fuerunt primi occupantis, §. *si ab hostib. inst. Quib. mod. ius Pot. sol. & per tot. tit. ff. de Cap. & Post. re. ver.* Ergo absque eo, quod lex fingeret hereditatem dominam, alio modo potuit lex occurrere, & occurrit incommodo à Fab. considerato. 123 124

Quin imo, ante legem Corneliam si apud hostes decederet captus, nemo crederet eius bona fuisse primi occupantis, sed ad filios, vel proximos agnatos pertinuisse. 125

Neque legem Corneliam huc respexisse credam, dummodo aliquod illius caput mihi non exhibeatur, vnde sit perspicuum, quod lex Cornelia ad usucapionem pertineat; etenim in libris Iuris Civilis nullum adest vestigiū, quod lex Cornelia, vel usucapioni, vel incommodo à Fabro considerato prospiceret. Præcipuaque eius inducendæ ratio extitit, subveniendi captivorum testamentis factis in libertate, quæ attento iuris rigore infirmabantur per captivitatem, quæ maxima capitis diminutio dicebatur, *Inst. de Cap. dimin. §. 1. & quib. m. test. infir. §. 4. l. si quis filium, 6. §.* 126 127

irritum ff. de iniust. Rup. Cui incommodo, providit
 lex Cornelia testamentaria. l. lex. Cornelia, ff. Qui test.
 fa. pos. l. lex Cornelia 28. ff. de Vulg. de qua fit mentio
 in l. lex. Cornelia testamentaria, ff. ad legem Corneliam
 128 de fals. Nam alia fuit lex Cornelia testamentaria, ab
 ea, de qua fit mentio in l. Neceßariam 2. §. capta, ff. de
 Orig. iur. vt bene animadvertit Viglius in §. fin. Inf.
 Quib. n. est perm. fac. test.

229 Quare tenendum credo: fictionem hereditatis in-
 troducedam primo, & principaliter ad principia vsu-
 captionis servanda, quam ad ei adversandum, vt ex
 130 dicendis apparebit, malèque cogitasse Donel. loco
 citato continuari, contra principia vsucapionis, pos-
 sessionem inter defunctum, & heredem, singulari iure,
 131 quod hereditas defuncti personam sustineat. Cum
 è converso, eo, quod hereditas defuncti personam su-
 stinet, datur continuatio possessionis inter defunctum,
 & heredem, & hac ratione conservantur principia
 vsucapionis vt suo loco ostendemus.

132 Reiecta igitur hac explicatione Donelli. Videamus,
 quid senserint alij proceres Iuris Civilis, præcipuè
 Cuiac. & Ant. Fab. quos sequitur Melech. de Valen-
 tia locis statim allegandis, ex quibus recentiores suas
 133 transcriptiones novas eliciunt. Igitur Valent. lib. 1.
 tract. 3. cap. 4. num. 11. ita ait. Unde deducitur heredita-
 134 tem, ceptam vsucapionem continuare, & implere. Quã-
 vis enim certa, & vera possessionis, res ficta, & inani-
 mata

mata non sic capax, & Usucapio sine possessione non sub- 135
 sistat, cum prius sit, ut quod Usucaptum diceretur pos-
 sessum foret; ideo, quia iure communi dicendum esset 136
 Usucapionem à defuncto inchoatâ hereditate iacente in-
 terrumpi; nec in heredem continuari: tamen iure singu- 137
 lari aliter dicendum est. Non quod fingatur hereditas 138
 possidere, nam cum fictio ad ea, quæ facti sunt non perti-
 neat; possessio autem facti sit, & animi, ad eam fictio
 hereditatis minime potest extēdi. Sed quia fuerit hoc ca- 139
 su iure singulari receptum, ut à possessione, cæpta, Usu-
 capio, etiam sine possessione continuetur, currat, perficia-
 tur, & impleatur: ut eleganter docet Cuiac & Ant. Fab.
 Idem Valentinus d. lib. 1. tra. 2. cap. 4. num. 11. hæc 140
 prius dixerat aliquantulum motus rationibus Anton.
 Gom. in quaestione, de qua ibi sermo. *Mihi tamen*
nullo modo probari illius sententia, (Anton. Gom. in l.
 45. Tauri) *cum presupponat; possessionem esse ius quod-* 141
dam à lege inductum, quod Iurisconsultorum doctrina 142
à nobis supra relatæ omninò ad versatur. Existimo igitur 143
nec legem, nec statutum posse sine aliquo naturali facto
possessionem transferre. Quam utique transtulisset in 144
heredem, & in capivum, si posset. Non tamen inficior 145
effectus omnes possessionis, quos à iure mutatos habere
eam diximus, per legem posse transferre, perinde, ac si 146
ipsa possessio apprehensa fuisset, ut apparet in Usucapio-
ne iacenti hereditati concessa, cum tamen hereditas pos-
sessionem non habeat.

147 Et si quæras à viro docto; quare possessionem hereditas non habet? Respondet *d. lib. 1. tract. 3. cap. 11. num. 6.* Possessio autem cum facti sit, non solum cum adquiritur, ac est in fieri, sed etiam cum in esse producta,
 148 & acquisita est, postliminio contineri minimè potest. Usucapio cum sit effectus possessionis ad hereditatem pertinet,
 149 non autem possessio, cum facti sit. Nam licet in *l. Miles 30. ff. ex quib. caus. Maior scriptum sit*; quod possessio defuncti, quasi iuncta descendit ad heredem: Verbum tamen illud. Possessionem: pro usucapione positum.

150
 151 Equidem si rationem totius discursus, qui satis est perplexus, quæras, ea redditur: Quod iure singulari sit receptum usucapionem sine possessione continuari inter defunctum, hereditatem, & heredem, *d. l. iusto errore, §. nondum, ff. hoc tit.* Et exponēs illa verba iure singulari, Aut. Fab. *d. tit. 11. Princ. 8. illat. 26.* ante fin.
 152 ait: *Quamvis enim ratio iuris querenda non sit in his, quæ iure singulari recepta sunt, & contra iuris regulam.* Et circa finē, ita. *In his, quæ iure singulari recepta sunt,*
 153 *non posse Nos sequi regulam iuris.* Et paulo post. *Quæ enim contra rationem singulari aliquo iure recipiuntur.*

154 Quæ doctrina coincidit cum Donelliana, & expressè tenet, hoc ius singulare esse contra rationem.

155 Sed contra ipsum Fabrum: Omne ius ex ratione æstimandum, *tit. 1. Princ. 2. illat. 1.* ergo ius singulare ratione singulari æstimandum.

156 Quin Faber ipse in rationali à *d. l. Non omnium 20. ff. de*

ff. de ll. & S. C. ita scribit. *Ius estimatur ex ratione. l. Quod non ratione, ff. hoc tit.* Ergo ubi ratio nulla est, ibi nec ius esse potest. Et postea afferens differentiã inter ius constitutũ, & receptum, ait. *Recepti iuris alia causa est. Semper enim suam habet rationem, nec eam nunquam ad eo occultam, ut indagari, & investigari non possit. Quid enim potuit recipi à prudentibus sine ratione? Imo, quo quid antiquius acceptum est, eo certius rationem aliquam habet, licet sit tam antiquum, ut non possit dici quando fuerit receptum, &c.*

157.

At; quod ante aditam hereditatẽ impleatur vsucapio, quod possessio testatoris absque interruptione continetur in herede, non est ius constitutum, sed ius receptum à Prudentibus. Et ita proficitur Papin. *in d. l. Iusto errore, §. Non dum*, ibi: *iure singulari recepta sunt*: ergo ratione singulari, & ea quæ investigari, & indagari possit.

158

159

Certè si Papinianus *in d. l. 44. §. Non dum* omisisset illa verba, *iure singulari*: quæ sunt fundamentum doctrinæ horum, & aliorum interpretum, actũ erat de illa. Nec credo Papin. de ea cogitasse, sed totum oppositum, & ad denotandum esse rationem singularem illius iuris singularis, quam suo loco ostendã.

160

161

Priusquam, tamen, eam examinemus, discutiamus tradita à Valentia, & à nobis supra expensa. Et primo *num. 135.* supponit pro comperto, quod vsucapio non procedit sine possessione. Quod probat

162

l. vsu-



l. vsucapionem 9. ff. hoc tit. Postea asserit. d. lib. i. tract. 3. cap. 4. num. 11. & 12. Quod vsucapio cepta à defuncto continuetur, currat, & perficiatur sine possessione.

163 Hæc male cohærent. Tum quia est rem inverte-
re, nam vsucapio nõ est continuatio vsucapionis, sed
continuatio possessionis, *d. l. 3. ff. hoc tit.* & vbi non est
continuatio possessionis, non potest intelligi vsuca-
164 pio. Neque conceptus in seipso intelligi potest, ma-
gis, quã si diceremus: Possessio est continuatio pos-
sessionis. Adiectio dominij est continuatio adiectio-
nis, &c.

165 Tum: quia removet ab vsucapione possessionẽ,
& per necessarium consequens, vsum. Quod ex *l.*
Questio 115. ff. de V. S. manifestè apparet. Vbi habe-
tur: *Quod possessio ab agro, iuris proprietate distat. Quic-*
quid enim apprehendimus, cuius proprietas ad nos non
pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appel-
lamus, possessio ergo vsus. Igitur remota possessione
ab vsucapione removetur vsus, & sic tantum con-
tinuabitur, *capio*, non vsucapio. Quod qualiter pro-
cedat non satis capitur.

166 Scio hanc difficultatem vitari à DD. dicendo; in
l. 115. Possessionem: non propriè poni pro detentatio-
ne, sed pro fundo, cuius vsum dumtaxat habemus,
proprietatem non habemus, seu, vt illi dicunt, vsum
dumtaxat habere licet, proprietatem non licet.

167 Sed contra: verbum, *quicquid*, est indefinitum
æqui-

æquipollens vniversali, præcipuè ponderando illa verba, cuius proprietates ad nos non pertinet, aut pertinere potest.

Item hæc solutio est verbalis, seu habet vim in verbis, in re autem nihil solvit. Ad hoc enim, vt obtinere possit, debebat assignari differentia in vsucapione inter vsum, & possessionem, quam differentiam assignatam non video. 168
170

Tum: quia hæc doctrina manifestam pugnantiam habet contra Reg. Iur. *vbi pugnantia* 188. ff. de Reg. I. l. si Titius 16. ff. de hered. inst. Quod ostendo: aut enim Valen. vsucapionem sine possessione procedere non posse, & vsucapionem procedere sine possessione. Et hoc est manifesta repugnantia, & duæ propositiones contradictoriæ simul veræ, quod est impossibile. Ergo si vna vera est, alia falsa. Sed verum est vsucapionem non procedere sine possessione. Ergo falsum est vsucapionem procedere sine possessione. Caramuel in *Hercule logico*, pag. 79. Izquierdo in *Pharo disp.* 19. *quest.* 2. & 3. Marzal amicus noster de *Art. in ven. med. par. 3. confer. 9.* 171

Nec valet dicere; hoc receptum fuisse iure singulari. Quia lex in genere suo operatur eo modo, quo natura in suo, l. filio quem pater 23. ff. de lib. & Postu. Et lex naturam imitatur, §. Minorem, Inst. de Adop. l. Adoptio 16. ff. eo tit. Et sicut natura fieri non potest, quod detur factum naturale cum animo tenendi absque 172
173
174
175

que persona; ita lex non dat factum legale sine persona. Et sicut natura factum semel præteritum reproduci non potest, ita nec lege, ut ait Tryphonius in *d. l. In bello, §. facti, ff. de capt. & Post.* Repugnat autem naturæ, quod aliqua ratione dentur duæ contradictoriæ simul veræ; ergo similiter repugnat, quod lex admittat duas contradictorias simul veras.

177 Deinde hereditate iacente, perijt possessio, vel nõ perijt: inter hoc enim non datur medium. Quodlibet enim est, vel non est.

178 Dicunt perijisse.

179 Ergo continuari non potest possessio testatoris, seu defuncti, cum possessione heredis. Consequētia probatur. Possessio quæ perijt iam non est, neque reproduci potest, cum sit factum præteritum, *d. l. 12. §. facti de capt.* Ergo non potest continuari, cum prius sit, quod existat, quam quod continuetur, quia non entis non sunt qualitates, *l. 1. & ibi not. ff. de usus. legat.*

181 Si dicas continuari vsucapionem, difficultatem non effugies. Quia argumentum non procedit circa continuationem vsucapionis, sed circa existentiam possessionis, & iuxta doct̃ iam Valentia: Aliud est continuatio vsucapionis, aliud existentia possessionis, 182 de hac nunc inquirimus. Et si perijt possessio, nihil prodest excogitata continuatio vsucapionis ad cõtinuandam possessionem, quæ, semel amissa reproduci

ci non potest. Sed de hoc rursus agam infra.

Ait etiam Valentia: *fictio non pertinet ad ea quæ sunt facti*. Hoc videtur falsum, & pluribus ostendam desumptis ex utroque iure Canonico, & Civili.

Et in materia, quam tractamus, de Iure Civili duplici via ostenditur. Prima: Si civis Rom. fuisset à Parthis, E. g. captus, & apud hostes remansisset plurimo tempore, & postea fuisset reversus ad urbem, fingebat ius nunquam fuisse civem Rom. apud Parthos, sed semper in urbe fuisse. At quod civis Romanus fuisset captus, quod apud hostes extitisset, quod fuisset reversus, facti est. Ergo fictio pertinet ad ea, quæ sunt facti.

Secunda. Idem ostenditur in fictione legis Cornelia. Nam si civis Rom. fuisset captus, & apud hoste decessisset: fingebat lex Cornelia civem Romanum nunquam fuisse captum, nec apud hostes decessisse, sed in acie. At fuisse captum civem Romanum ab hostibus, & apud eos decessisse, facti est: Ergo fictio locum habet in his, quæ sunt facti.

Similiter: eum qui in utero est fingit lex iam natum, l. qui in utero 7. § 26. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Eum qui non est filius fingit filium, & patrem, eum, qui non est pater, ut in materia de adoptionibus patet. Quæ omnia facti sunt, & inveniuntur in iure per quâplures fictiones, quæ in his, quæ sunt facti versantur. Ergo fictio pertinet ad ea, quæ sunt facti.

Etiam iure Canonico fictionem pertinere ad ea, quæ sunt facti ostendo primo: ex *cap. tanta qui fil. sint. leg.* vbi natus ante matrimonium ex soluto, & soluta, qui nuptias poterant contrahere, & ante nativitatem filij non cõtraxerunt, si tamen postea matrimonium contraxerint, filius fit legitimus, ex eo, quod censeatur matrimonium, ante nativitatem fuisse celebratũ. At fuisse matrimonium, post nativitatem celebratum facti est, & quod censeatur ante celebratũ fictio est. Ergo fictio pertinet ad ea, quæ sunt facti.

Secundo idem ostenditur in materia, *cap. licet de Prab. lib. 6.* vbi habetur: quod plenaria dispositio Ecclesiarum, personatum, dignitatum, & aliorum beneficiorum pertinet ad Rom. Pontificem. Et quod non solum potest de iure ea conferre cum vacant; verum etiam ius tribuere vacaturis. Et quod specialiter antiqua consuetudo reservavit Romanis Pontificibus collationem beneficiorum vacantium apud

sedem Apostolicam. Et cum dubitaretur, quæ beneficia dicerentur vacare apud Sedem Apostolicam, emanavit *Extra-vagans ex debito, §. huiusmodi de elect.* declarans intelligi apud Curiam vacare omnia beneficia curialium Sedis Apostolicæ ubicunq; possessores decesserint, sive apud urbem, sive extra urbem, aut locum vbi resideat Curia, sive Sedes Apostolica: Itaque Officialis Romani Pontificis, sive Hispaniæ, sive Galliæ, aut alibi decedant; censentur in Curia Ro-

Romana decessisse, & collationem beneficiorū spectare privativè, sive esse reservatam Sedi Apostolicæ. At aliquē decessisse Hispaniæ, aut Galliæ facti est, & tamen fingitur decessisse Romæ. Ergo fictio pertinet ad ea quæ sunt facti.

Ad idem est *Regula de Viginti*, quæ fingit beneficium vacare per obitum, & non per resignationem, si resignans decesserit intra viginti dies ex eadem infirmitate, in qua tempore resignationis erat constitutus, de qua Loter. *de re Benef. lib. 3. quæst. 15*. Et plura exempla possunt desummi ex iure Canonico, præcipuè in materia dispensationum, & in materia possessionis, est tex. in *cap. 2. de consuet. cap. contingit de dolo, & cont. & l. cla. vibus, ff. de contrab. empt.* & plura brevitatis gratia omittuntur.

Deinde ait Valentia supra num. 143. *Sine facto naturali lex non potest possessionem transferre*. Et ad probandum hoc ita arguit. *Quam utique si posset in heredem, & in captivum transtulisset.*

Sed hæc instantia parum vrget. Nam, quod ad heredem pertinet sub iudice lis est, nec satis constat legem non transmittere possessionem, propter *l. 30. ff. ex quib. caus. mai.*

Nec magnum præsidium constitui potest in *l. cū heredes 23. ff. de Adq. Possess.*: Nam ille tex. vitari potest, vt suo loco dicam.

Secunda instantia desumpta à captivo, aliam ratio-

tionem habet. Nempe, quod resistit natura rei. Cum enim captivus ipse possideatur, nihil ipse possidere potest, *l. Homo liber, §. fin. ff. de Adq. rer. dom. l. qui in*
 207 *servitute 118. ff. de reg. iur.* Deinde servus iure civili
 208 *attento non habet personam, l. 3. in fin. ff. de Cap. Mi-*
nut. l. Quod attinet 32. ff. de reg. iur. Et agnoscit Valē-
tia lib. 1. tract. 2. cap. 8. nu. 3. Possessio autem sine per-
 sona existere non potest, *d. l. 41. §. fin. ff. hoc tit.* Et sa-
 tis innuitur in hac nostra *lege 15.* Quare ex hac tra-
 ditione Valentia nihil firmum potest statui.

209 Sed retorqueo argumentum: cur lex non trans-
 fert in heredem, & captivum vsucapionē? cur vsu-
 capio non continetur postliminio? sicut nec posses-
 sio?

210 De primo, scilicet herede, dicam suo loco. De
 211 captivo, & postliminio, dico, ideo non transmittē-
 re, quia est eadem ratio, quæ in possessione. Ita est
 facti vsucapio sicut possessio, nam vsucapio in con-
 creto, sicut possessio, non potest non esse facti, licet
 212 in abstracto sit iuris, requirit in concreto, concretū,
 idest personam, ideoq; nec transfertur in captivum,
 nec continetur postliminio.

213 Ait insuper Valentia *sup. num. 145.* *Lex effectus pos-*
sessionis (qualitates) potest transferre, ideoq; potest trans-
ferre vsucapionem ad hereditatem iacentem, non vero
possessionem.

214 Hæc doctrina à nobis est refutata à *num. 162.* Sed
 libet

libet iterum eam in iudicium vocare, vt plenius eius falsitas detegatur.

Et primo contra eam sic insurgo. Vbi est rei substantia, ipsa res est. Et substantia perempta res perimitur, vt supra *num.* 84. & per se patet, sed possessio est substantia vsucapionis vt ibi probavi; ergo vbi est vsucapio est possessio.

Secundo sic probō, & in idem recidit. Vbi est definitum ibi definitio, & e converso, *l. 1. vbi DD. ff. de Dolo.* & id est quod dicitur, quod definitio debet cōverti cum suo definito, *DD. ibidem*, Ergo vbi est vsucapio est illius definitio. Sed definitio vsucapionis est continuatio possessionis; ergo vbi est vsucapio est possessio, sed secundum Valentiam, ad hereditatem possessio non transfertur. Ergo contra illum nec vsucapio.

Tertio sic. Continuatio in definitione vsucapionis dicit respectum ad possessionem, vt per se patet, & probatur, ex *defin. d. l. 3. hoc tit.* & remota possessione non potest intelligi continuatio, nec potest dici vsucapionis continuatio, vt supra *num.* 163. & *seqq.* Ergo vel transit possessio ad hereditatem, vel non transit vsucapio.

Quarto sic. Concedit Valentia: effectus possessionis posse transferri ad hereditatem, supra *nu.* 145. Ergo etiam possessio illos causans ex *Reg. cum cessante de appellat.* Maximè quando effectus dependēt à sua

- 223 à sua causa in esse, & cōservari vt hic, & saltim quādo vsucapio impletur debent esse simul cum sua causa. Ergo vel transit possessio ad hereditatem, vel nō transit vsucapio.
- 224 Si dixeris hos effectus impropriè vocari possessionis effectus, cum potius sint effectus iuris, & respectu
- 225 possessionis sunt qualitates. Respondeo. Quod etsi hoc sit verum, non tollit difficultatem, quia si sunt possessionis qualitates, nō possunt esse sine possessione, etenim qualitas sine subiecto naturaliter esse non potest, *d. l. 1. ff. de vsuf. leg.*
- 226 Ultimo hoc probari videtur ex *d. l. 30. ff. ex quib. caus. Mai.* Quod argumentum ita intendunt vitare, vt accipiatur verbum *possessio pro vsucapio*, vt sit sensus, possessio, id est vsucapio transit ad heredem. Est
- 227 declaratio voluntaria nec vllō iure fulcita, nec tollit difficultatem, cum eadem sit in transferenda vsucapione, ac in transferenda possessione, vtraque enī
- 228 vsucapio, & possessio est facti in concreto.
- 229 Et quod ponderatur à DD. quod ibi dicitur à Papin. possessio transit, & possessio impletur est batologia, si pro verbo, *possessio*, non reponatur *vsucapio*, nullo etiā iure probatur. Et magis iuridicum est Papin. sicut notanter dixit in *d. l. Iusto errore, §. Nondum.* Quod, ea, quæ ibi tractabat, & nunc tractamus, erant recepta *iure singulari*, ita hic notanter
- 232 dixisse: *Possessio defuncti, quasi iuncta descendit ad heredem*

redem, & plerunque nondum adita hereditate comple-
tur. Possessio descendit, & possessio completur. Cum ver- 233
ba geminata denotent maiorem expressionē, & de-
liberationem, l. Ballista cum ibi not. ff. Ad Trebel. Et
Iavolenus in l. Possessio 20. ff. hoc tit. dixit possessio
possessa, absque vitio Battologiae.

Ex quib⁹ apparet doctrinā Melch. de Valen. magis 234
intricare, quā extricare hanc difficultatē, nec in eius,
Cuiac. & Fabr. dictis, vllum vestigium existere pro-
babilitatis, nec soliditatis. Quod non ideo affirmo, 235
quod Valentia mihi sit molestus, nec, Cuiac. nec Fab-
ber; imò illorum operam in iure Civili illustrando
magni facio; sed Valentia præcipuè sum vsus, quia
quantum in hac materia fuit excogitatum ab inter-
pretibus magis receptis, locis allegatis collegit cum
facilitate dicendi, & suum conceptum exprimendi:
Donum utique, plurimis denegatum, & plurimi ha-
bendum.

Quid ergo in re adeò lubrica tenendum? Mihi 235
resolute dicendum videtur: Possessionem necessariò
transire ad hereditatem, & per hereditatem ad here-
dem. Difficilis assertio, & nova videbitur. Quod sit 236
difficilis credo: & quod sit renovata, nō autem no- 237
vavita enim censuisse iuris conditores ostendere nitur
argumentis, quæ cavillari non possunt.

Dices ex hac resolutione sequi: Quod hereditas 238
possideat: Quod illi furtum fiat: Quod poterit in
E alium

alium transferre possessionem, & alia facere. Quod totum est contra manifesta iuris principia, & ipsa ratio adeo repugnat, quod ad eam evertendam supervacaneum sit argumentis vti.

239 Respondeo: non omnia potest hereditas, sed plurimum valet ad sustinenda vsucapionis principia. Patientiam habe in me; & si non omnia, plura reddam tibi.

240 Constituo igitur: ad hereditatem transire possessionem virtute iuris, & apud hereditatem remanere,
 241 & quod ad hoc fuit excogitata ab oculatissimis iuris conditoribus persona hereditatis, ut reciperet, & cō-
 242 servaret hoc factum legale, idest possessionem. Conservaret, inquam, *Potentialiter*, sive virtualiter, & in actu, ut inquirunt, signato, non actualiter, seu in actu
 243 exercito. Quæ quidem potentialitas sufficit, ut servetur substantia possessionis. Non igitur potest facere, quod verus possessor, sed potest conservare possessionem, sicut verus possessor.

244 An hoc est cavillum, aut delirium? Neutiquam. Sed ipsa veritas à principijs philosophicis, & à traditis in iure petenda.

245 Et quidem vera intelligentia deducitur ex illa philosophica quæstione, quam Iustin. tractat in §. *cum ex aliena materia* 2 §. *Inst. de rer. divis.* & I.C. Gaius in *l. Adeo* 7. §. *cum quis ex aliena*, ff. *de adquir. rer. dom.*
 (E) *Philos. l. b. 1. Physic.*

Est igitur quæstio in dictis iuribus ; cuius sit species facta ex aliena materia ; an domini materiae ; an specificantis ? 246

Varie opinati sunt Philosophi, prout nunc opinantur. Schola Sabini assererat: materiae dominum, esse, & speciei, quia sine materia nulla species fieri possit. 247

Contra opinabatur Schola Proculi, & esse dominum specificantem, quia species, quæ facta est, antea nullius fuerat, quia est novum ens. Hoc ita refertur in *d. l. 7. §. 7.* 248

Cæterum in hac opinionum contrarietate, media via electa est, quam ibi prosequitur Gaius ita: Si species ad materiam reverti possit, verius est, quod Sabini, & Cassius censuerunt: Si non possit reverti, verius est, quod Nervæ, & Proculo placuit. 249

De quo est nobile responsum Pauli in *l. Quæsitum* 250
78. §. 4. quod hic transcribi debet. Ait Paulus: *Illud fortasse quæsiturus sit aliquis, cur argenti appellatione etiam factum argentum comprehendatur, cum si marmor legatum esset, nihil præter rudem materiam demonstratum videri posset: cuius hæc ratio traditur: quippè ea, quæ talis natura sint, ut sæpius in sua redigi possint initia, ea materiae potentia victa, nunquam vires eius effugiunt.*

Per quem textum notanter dixit Baldus in *cap. 1.* 251
de elect. Ego puto, quod in materia prima remanet virtus ad resumendam eandem formam. Quæ opinio

- 252 nio non est destituta auctoritate. Etenim à pluribus hodie sequitur, & sub his terminis disceptatur. Vtrū in corruptione substantiali fiat resolutio vsq; ad materiam primam, de qua Arist. 3. *Physic.* 73. & de *Generatione* tex. 17.
- 253 Certè à iuris conditoribus fuisse receptum, non fieri resolutionem vsque ad materiam primam, & ex
- 254 dictis elicitur, & ex dicendis apparebit. Sed prius expendamus, quid de hac Philosophia, quæ etiam inter indoctos radices egit, cæsuerint, & eliquerint: Tū Philosophi: Tum etiam, ferè vniversus orbis.
- 255 Et quidem pro cōperto habeo: existimasse, quod homine defuncto remanet in cadavere aliquid quod fuit hominis, hoc est in materia prima virtus ad re-
- 256 sumendam animam, & amplius; Et quod ea ratione naturali, qua valde pollebant, aliquid olfecisse de
- 257 articulo resurrectionis. Quin expressè multi Etnici resurrectione astruebant.
- 258 Plato enim in Phæd. *Est cerce ò Cebe maximè omnium: ita ut mihi videtur ex mortuis re-viviscentes homines fiunt. Mortuorum supersunt anima, atque bonis melius est, malis verò peius.*
- 259 Et Seneca epist. 36. *Desinunt ista, non pereunt, etiã mors, quam pertimescimus, ac recusamus, intermittit vitam, non eripit. Veniet iterum qui nos in lucem reponet. Dies, equo animo debet rediturus exire. Observa orbem rerum in se remeantium. Æstas abiit, sed alter eam an-*

27

*nus adducit. Solem nox obruit; sed ipsam statim dies
abigit.*

Et Virgil. Eclog. 4.

260

*Pauca tamen suberunt prisca Vestigia fraudis
Quæ tentare Thetim ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ inbeant telluri insindere sulcos.
Alter erit cum Typhis, & altera, quæ vehat Argo
Delectos Heroes: erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.*

Idem lib. 6. Æneid.

261

— *Et pauci leta arua tenemus*

*Donec longa dies perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Æthereum sensum, atque auræ simplicis ignem.
Has omnes, ubi mille Rotam volvere per annos
Læteum ad fluvium Deus evocat agmine magno,
Scilicet, ut immemores supera, & cōnexa revisant.
Rursus, & incipiant in corpora vele reverti.*

Et Valer. Flac.

262

*Patet ollis ianua lati,
Atque iterum remeare licet: comes una sororum
Additur, & pariter terras, & equora lustrant.*

Et Seneca in Hercul. Furente.

263

*Intus immenso
Placida quietà labitur vado,
Demitque curas.*

Et Claudian. 2. Ruff.

264

Quos

*Quos tibi per varios annos, permille figuras
Egit læthæo purgatos flumine, tandem
Rursus ad humana revocat primordia forma.*

265 Censebant igitur, & bene, cadaver, seu materiam primam, quæ in eo latet habere appetitum ad formam amissam, in suaque posse redigi principia, seu ipsam formam separatam à corpore habere appetitum ad illud.

266 Quin, & immortalitatem animæ eadem ratione astruebant. Vnde Ovid. 15. Metamorf.

*Morte carent animæ, semperque priore relicta
Sede, novis domibus vivunt, habitantq; receptæ.
Ipse ego, nam memini, Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram.*

267 Et ibidem ——— Inque ferinas
*Possimus ire domus, pecudumq; in corpora condi:
Corpora, quæ possunt animas habuisse parentum
Aut fratrum, aut aliquando iunctorum fœdere nobis,
Aut hominum certè.*

268 Idem Lucret.

*Cedis enim retro de terra, quod fuit ante
In terra, sed quod missum est ex ætheris oris.
In rursus Cæli fulgentia templa receptat.*

269 Et Virg. 6 Æneid.

*igneus est illis vigor, & cælestis origo.
Et passim ibidem.*

270 Phocilides quoque in præceptis suis. *Anima im-*
morta-

mortalis est, vivitque perpetuo, nec senescit unquam.

Et Epicharm. apud Clem. Alexand. *Si anima bonus es, mors nocere tibi non potest. Vivit spiritus tuus in cælo beatus.* 271

Et Socrates apud Erasmus. Declam. de Morte, *hominem ipsum, animam esse dicebat, corpus autem nihil aliud, quam animi organum, vel domicilium, aut ut verius dicam sepulcrum, ac carcerem, unde cum emerferit; tum demum sui iuris esse, multoque, quam antea felicius vivere.* 273

Et Philistio apud Ant. & Max. serm. de Anima. *Anima sapientis Deo coniungitur, animam non mors, sed mala vita perdet.* 374

Animam autem nunquam materiæ vires effugere, ut ait I. C. in *d. §. illud*, est concors sententia, licet alij aliter explicent circa resolutionem compositi substantialis usque ad materiam primam. 275

Cæterum negativa sententia præter asserentium auctoritatem, communi hominû existimatione fulcitur. Creditum enim semper, homine defuncto aliquid hominis in cadavere esse reliquum: ut in Triduo mortis Christi verè fuit in sepulcro aliqua Christi pars. Et si nihil quod erat in Sanctis, manet post mortem, sed cadaver est omnino novum ens, videtur non posse Sanctorum reliquias venerari. 276

Scio hoc vitari, provt vitatur à Paul. Grisal. in *Decis. Fid. Cathol. verbo, Reliquia*. Verum quidquid sit de 277

de hac quaestione, communis existimatio est, in ca-
 277 daverē remanere aliquid, quod fuit hominis, in quo
 278 lucet appetitus materiae ad formā amissam: Indeque
 asserere potuerunt Philosophi Etnici, tum resurre-
 279 ctionem, tum animarum immortalitatem. Quia, etsi
 anima nō periret, si nulla in materia prima remaneret
 virtus, & potentia ad animam, quae aliquo modo
 non denotaret appetitum ad eam resumendam, non
 poterat colligi naturaliter, neque resurrectio, neque
 280 immortalitas. Et quidem ea sola potentialitate ma-
 teriae ad formam, seu animam rationalem extra cor-
 pus existentem affirmant Theologi resurrectionem
 mortuorum futuram, quo ad materiam, & formam,
 connaturalem; supernaturalem autem, quo ad mo-
 dum. Amicus in 3. part. tom. 6. de Incarn. Myst. d. 8.
 sect. 1. num. 21.

280 Sed tamen alij non minores numero, & pondere
 adhuc considerant plusquam illam potentialitatem
 in corpore, siue cadavere, aut materia prima rema-
 nere. Caprel. dist. 13. quest. 1. Greg. 2. dist. 12. art. 2. Nec
 281 abludit D. Tho. qui 4. contra gentes, cap. 81. sic habet.
 Nullum principiorum essentialium hominis, per mortem
 omninō cedit in nihilum, nam anima manet post mortem:
 materia etiam, quae tali formae fuit subiecta manet sub
 eisdem dimensionibus, ex quibus habebat, ut esset mate-
 ria individualis.

282 In cadavere autem scintillam etiam vitalis facul-
 tatis

ratis superesse, adnotarunt Philosophi, utpotè aliquando cadaver sese movere, vel secundum partem, vel secundum totum; rubore perfundi, commaculari, & aliquando per se stare.

Et mirum est: Quod Zachias *Quæst. Medico legal.* 283
lib. 4. tit. 1. q. 10. nu. 32. refert ex Marcel. Donato: Monialem quamdam, cum alterius Monialis demortuæ manum exoscularetur, ter illi manum à demortua, tam fortiter fuisse constrictam, ut viva adhuc putaretur. Et plura alia observantur, quæ recenset Zach. 284
dicto loco. Et *lib. 5. tit. 2. q. 8.* tractat illam nobilem Quæ- 285
 stionem de sanguine manente ab occisi cadavere coram occisore. De qua Sese *decis. Reg. Arag. decis. 111.*
 Et ex nostris Cæsar Carena *de offic. Inquis. part. 3. tit. 10. §. fin.*

Huic Philosophiæ nimium deferentes Etnici ex- 286
 cogitarunt Manes à manendo, iuxta Servium in 4.
Æneid. licet alij aliter, Et eos vetustas genios appel- 287
 labat, duosque Manes corporibus, ab ipsa statim cõ-
 ceptione assignatos fuisse, qui nec mortua quidem corpora desererent, consumptisque etiam corporibus sepulcra inhabitarent.

Quare, qui sepulcra demoliebantur Deos Manes 288
 violare putabantur. Vnde Cicero 2. *de legib.:* *Deorũ Manium iura sancta sunt.* Plaut. in *Amphiteatr.:*
Quem si comperero Telebois sacrificabo Manibus. Atque
 eam ob causam Manes pro ossibus ipsis, & sepulcris
 F ponun-

289 ponuntur. Vnde Ovid. 3. *Trist.*

Parce precor Manes sollicitare meos.

290 Et dict. lib. *Eleg.* 3.

Perque feros Manes sospita semper erit.

291 Et *Persius Satyra* 1.

*Indulgeo genio, carpamus dulcia, nostrum est
Quod viuis, cinis, & Manes, & fabula fies.*

292 Et *Virgil.* 6. *Æneid.*

Quisque suos patitur Manes.

293 Hinc illa superstitio evocandi Manes; de qua 1. *Reg.* 28. Et *Plin. lib.* 30. *cap.* 2. Et *Orat. lib.* 1. *Satyra* 8. quæ obvia sunt ideo non transcribo.

294 Inde cadaverum cura: & primo clausio oculorū,
295 tum apud Græcos. *Homerus* fingit in *Nicia* *Agamemnonem* quærentem, hoc officium ab vxore *Clytemnestra* denegatum.

Neque mihi eunti ad Plutonis domus

Voluit manibus oculos comprimere, & os cōponere.

296 Latini hoc ordine faciebant; vt vxores viris, & è
297 contra viri vxoribus, parentes liberis, & viceversa;
amici amicis illud obsequiū exhiberent. Inde *Ovid.*
1. *Trist.*

Nec cum clamore supremo

Labentes oculos cōndet amica manus.

298 Et 4. *Trist. Eleg.* 3.

Supremoque die, notum spectantia Cælum

Texissent digiti lumina nostra tui.

Et in Epist. ad Teleum.

*Ergo ne lacrymas matris moritura videbo
Nec mea, qui digitus lumina condat erit?*

Et 3. Amor.

*Sic certè manibus fugientes pressit ocelos
Mater.*

Item Virg. 9. *Æneid.* de Matre Euriali.

*— Nec tua funera mater
Produxit, pressique oculos, nec vulnera laevi.*

Item Seneca *lib. 9. Controver. cap. 4.* Ita oculos meos filij manus operiant.

Et Val. Max. *lib. 2. cap. 6.* de muliere Affiana, cum iam visceribus rigorem cordis imminere, esset loquuta, filiarum manus, ad supremum oculorum opprimendorum officium advocavit.

Fratrem quoque fratris oculos compressisse videre est ex Epicedio Pedonis.

*Lumina cerulea, iam iamque nutantia morte
Lumina fraternas iam subitura manus.*

Etiam curæ erat vt membris decenter compositis migrarent è vita, quod moriens vnicè conabatur. Vt de Iulio Cæsare post accepta vulnera in Senatu, memoratur, quod tibias plicaverit, ne in decore caderet: vt quotquot de eius morte meminere annotarunt. Val. Max. *lib. 4. cap. 5.* Suet. & Plut. in eius vita.



307 Et de compositione membrorum est, quod supra notavi de Agamemnone ex Homero: ibi: *Et os componere.*

308 Item de eadē compositione membrorum distortorum adhiberi solita agit Causabonus in Animadvers. ad Sueton. *cap. 2.*

309 Idem Suet. *cap. 89.* narrat. August. Casarem ultimo die vitæ, petito speculo, capillum comi, & malas labentes corrigi præcepisse.

310 Sed quid laudamus externa? Hispali anno 1367. D. Vrraca Ossorio iussu Petri Regis, viva fuit combusta; statim ac ignis accensus, Elisabet Davalos eius pedissequa in illum se præcipitavit ut fimbrias Domine componeret, ne inhonestè animam exhalaret, & utraque flammis fuit absorpta. Marian. *lib. 17. cap. 10.*

311 Ex eadem philosophia descendit cadaverum lotio, tam apud Romanos, quam apud Græcos. Ex Euripide in Phænissis. Creon Iocastem accersit, ut filium mortuum Lavet, & Antigone petit à Creonte, ut sibi fratrem liceat Lavare.

312 Et apud Dardanos solemnis hæc lotio, ut scribit Ælean. de var. *Histor. lib. 4.*

313 In primitiva quoque Ecclesia recepta fuit cadaverum Lotio. *Act. 9.* ubi Tabitham vita functam, Lotam continuo fuisse legitur, & illius moris meminet Tertul. in *Apologetico cap. 4.*

Iudæi quoque superstitione, & periculose lotionẽ 314
 cadaverum nunc observant adhibitis alijs, quæ in
 Edicto Dominorum Inquisitorum referuntur.

Nec tantum lotio, sed unctio moris fuit, vt con- 315
 stat ex Plin. iun. lib. 1. cap. 16. & ex Apuleio *Apol.* 1.
 ex Herodoto lib. 2. & 14. Et Christi Dñi nostri Corpus
 fuisse unguentibus conditum habetur, Matth. 26. & 316
 Ioan. 9. & huius unctiois meminit Perf. *Satyr.* 9. 317

Tandemque beatulus alto

Compositus lectulo, crassisque lutatus amomis.

Et sæpissimè de ea mentio, tam in sacris, quàm 318
 profanis litteris. Et hodie obtinet vsus in proceribus,
 & Episcopis.

Inde vestiendi cadavera vsus apud Ægyptios, 319
 Smirnæos, & Romanos, & alia plura congessit Be-
 yerlinck in *Theatro verbo mortui.*

Vnde Virgil. *Æneid.* 9.

320

Nec te tua funera mater

Produxi præsiq̃ue oculos, aut vulnera la-vi
Veste tegens, tibi quem noctis festina diesque
Vergebam, & tela curas solabar aniles.

Et 11. *Æneid.* de occiso Pallante ad Evandrum 321
 mittendo.

Tunc geminas vesteis ostroque, auroque rigentes
Extulit Æneas quas illi leta laborum
Ipsa suis quondam manibus Sydonia Dido
Fecerat, & tenui telas discreverat auro.

Cuius

322 Cuius moris vestigiū extat in *l. fin. §. fin. ff. de Aur. Arg. Mun. leg. & in l. si quis 14. §. Impensa. vers. Idemq; & ibid. Gotof. verb. Vestem. ff. de rel. & sump. fan.*

323 Et præter alia, cadavera efferebantur cum luminaribus, & musica funebri; vt de funere Pallantis, Virgil. 11. Æneid.

*Arcades ad portas rucere, & de more vetusto
Funereas rapuere faces, lucet via longo
Ordine flammarum, & late discriminat agros.*

324 Et Paulò post de funere sociorum.

Id Cælo clamorq; virum, clangorq; tubarum, &c.

325 Sed de Tubis in funeribus habetur mētio, Matth.

326 9. vers. 22. Et hunc morem ducendi funera cum ardentibus lampadibus, Hymnorum cantu, & musica funebri retinuit Sancta Ecclesia, vt docet D. Chrysostom. homil. 4. in epist. 2. ad Hebraeos, & nunc retinet, quia corpora fidelium templa sunt Spirit. Sancti. 1. ad Corinth. 6. vers. 19.

328 Sed, & ardentes lampades in sepulcris cum cadaveribus illatas, suadet, quod de eodem Pallate scriptum reperitur. Leon. Sum. Pont. à Normanis capto corpus Pallantis Romæ, proceritatis stupendæ inventum adhuc incorruptum, cuius hiantia quoque vulnera cernere erat: Præterea lucerna ad caput ardens, quæ neque vento, neque aqua, nec quovis alio liquore extinguī potuit: Verum adaçto stylo, per foramen ingruente aëre lumen evanuit. Et ibi Epithaphiū tale.

Filius

*Filius Euandri, quem lancea Turri
Militis occidit, mole sua iacet hic.*

Ex Bonfin. *lib. 2. Decad. 2.* Quam lucernam possibi- 331
lem natura docet, Dioscorid. *lib. 5. c. 113.* De quo me-
mini me iam pridem legisse apud Pinedam Minori-
tam in Monarch.

Similiter, & apud nostrū Domnū Lucā Episcopū 332
Tudensem in libro, quem inter alia sui ingenij mo-
nimēta reliquit de translatione, & miraculis S. Isidori
ligisse memini: Adinventas Hispali in eius sepulcro
duas similes lucernas, legionemque adductas cum
eius reliquijs, seque eas vidisse. Licet Mariana hoc nō
probet *lib. 6. cap. 7. pag. mihi 166.*

Annotare tamen hic libuit dictū Domnū Lucam 333
(vulgo D. Lucas de Tuy) Domnum nuncupatū, non
quod fuerit Episcopus; antea enim ita nūcupabatur:
Marian. *lib. 12. c. 12. pa. mihi 603.* Sed quia fuerit Cano-
nicus S. Isidori. Quia Canonici illius Ecclesiæ, ex Pri- 334
vilegio Alfonsi 7. Regis Legion. hoc agnomine *Don:*
gaudebant tunc temporis plurimi æstimatum, quam
nūc minimè habitum. Et testatur idem D. Lucas di-
cto libro, cuius nunc copiam non habeo, ideoq; lo-
cum in specie non demonstro. Vnum addo, quod in 335
Canonicum S. Isidori nullus ex impura, vel sordida
progenie recipitur à tēpore, cuius non est memoria.

Quin! quod etiam Ludovicus Vives *ad cap. 6.* 336
D. P. Aug. *lib. 12. de Ciuitate Dei* scribit ita: Erutū est
sepul-

sepulchrum memoria patrum in quo ardebat lucerna condita ibi, vt ex inscriptione apparebat, supra millesimum, & quingentesimum annum, eaq; tota extemplo, vt contrectari coepta est inter ad aetas manus fricata in tenuissimum abiit pulverem.

337 Et lucernarum in sepulcris fit mentio à Modestino in *l. Marcia 44. ff. de Manum. testam.*

338 Hinc, & sepulcrorum cura in lege naturæ: Nam de Adamo primo parente, creditum in Hæbron sepultum, & quod Noe ossa Adami in Arcam religiose suscepit, & post diluuium inter filios distribuerit, Sem que, quem anteferebat Calvariam Adæ dederit

339 cum eaque Iudæam. Et est concors Patrum sententia cranium: Adami sepultum esse in Monte Calvario, vt ibi Christi Crucifixi sanguine vivificaretur. De

340 quo Tertul. contra Marcion. 2. *carm. cap. 4.*

Golgota locus est capitis Calvaria quondam

Hic medium terra est, hic est victoria signum

Os magnum hic veteres nostri docuere repertum

Hic hominem primum suscepimus esse sepultum

Hic patitur Christus, pio sanguine terra medescit

Pulvis Adæ vt possit veteris, cum sanguine Christi

Commixtus, stillantis aqua virtute lavari.

340 Hinc apud fideles, & gentes eadem cura. Abrahã mortua Sara emebat ab Efreu agrum cum duplici spelunca, vt in ea vxorem sepeliret. Gen. 23. dicebat enim Advena sum, & peregrinus apud vos, date mihi

hi ius sepulcri vobiscum, vt sepeliam mortuum meū:
 Responderunt filij Heth dicētes: in electis sepulcris
 nostris sepeli mortuum tuum. At noluit Abraham 341
 cum Hetheis, vt potè idololatri commisceri, ideoq;
 appendit pecuniam pro spelunca in qua sepelivit Sa-
 ram, Genes. 23

Inde etiam descendit superborum constructio se- 342
 pulcrorum, inter quæ Principem obtinuit locum ab
 Arthemissia Cariæ Regina Mausolo marito extru-
 ctum, & inter mundi miracula annumeratum. De
 quo Plin. *lib. 36. cap. 5.* ex quo apud Romanos sepul-
 cra Regū Mausolea dicta. Cæl. Rodig. *lib. 17. cap. 20.*

De quo pluribus omissis, vnum non prætermi- 343
 tendum. Nam inter alia Hesperix nostræ extollit ca-
 put.

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Vt in Bucol. Eclog. 1.

Hoc est illud commendatione dignissimum S. Iu- 344
 dori Legion; vbi ipse quiescere voluit, cuius vna su-
 stinet Augustissimum Eucharistiæ Sacramentū: Di-
 gnum tanto Atlanti pondus. Contra verò altare ex-
 tra Ecclesiam solemnī ritu sacrum, sarcophagum est
 Regum Legion. & ibidem quasi pro coronidè bel-
 licæ virtutis, & Christianæ pietatis quiescit Magnus 345
 Ferdinandus huius nominis primus, dictus Impera-
 tor, & pro Beato habitus. Roder. Tolet. *lib. 9. Rer.*
Hisp. cap. 14. Mariana lib. 9. cap. 6. pag. mihi 425. Pa-

ter Euseb. Nieremberg *en la virtud coronada* §. 8.
 346 *pag. mibi* 248. Ad dextrum altaris cornu est sacellum
 347 pro sarcophago Canonicoꝝ S. Isidori, sacruꝝ Con-
 canonico D. Martino de Benavides, qui Legionē pro
 sancto colitur sub die 14. Ianuarij. Faxit Deus, vt cū
 me ad beatiorem, vt spero, vitam evocaverit, tellus
 illa, cui me devovi, corpus meum, in suum gremiū;
 & tantorum virorum suscipiat. Amen.

348 Hinc, vt redeam ad rem, funeris ducendi magni-
 fica solemnitas, quam passim videmus; de qua etiā
 Genes. 50. & 1. Machab. 9. & apud gentes, vt ex Virg.
 11. Æneid. Elian. *de var. Hist. cap. 36.* Plin. *lib. 7. cap.*
 32. Plutarc. *in Pelopide*, & I. C. *in tit. de Relig. & sumpt.*
fun. & apud Canonistas 13. q. 2. & *de sepult. extra.* &
lib. 6. & Clem.

349 Hinc & mos ille parentandi apud Etnicos, & ali-
 cubi inter Christianos aliquantulum retentus, de quo
 Orat. in Epodo.

Novem diales dissipare pulveres.

350 Et Virg. 5. Æneid.

Iamque dies, ni fallor adest, quem semper acerbum.
Semper honoratum, sic Dii voluistis habebō, &c.

351 Et paulò post.

Nunc ultro ad cineres ipsius, & ossa parentis, &c.
Præterea sinona dies mortalibus alnum
Aurora extulerit.

352 Et Ovid. 4. Trist. Eleg. fin.

Fama parentales, si vos mea contigit umbra.

Et secundo Faſtor.

353

Hunc morem Æneas, pietatis idoneus auſtor

Attulit in terras iuſte latinè tuas.

Ille patris genio ſolemnia dona ferebat

Hinc populi ritus edidicere novos.

At quondam cum longa gerunt pugnacibus armis

Bella parentales deſeruere dies.

Et primo Amor. Eleg. 3.

354

———— *Hic Memnonis umbras*

Annua ſolemni cade parentes auis.

Hinc & illa cura ſervandi reliquias defunctorum, 355

de qua ſupra ubi de lotione: unde deſcendit crema-

tio cadaveris, ut quando totum ſervati nequiffet ſer-

uaretur pars ipſius, cinis ſcilicet.

Unde Ovid. 3. Trift. Eleg. 3.

356

Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis.

Et paulo poſt.

357

Et cinis in tumulto poſſitus iacuiſſet avito.

Et Virgil. 4. Æneid.

358

Nec patris Anchife cineres, Manes ve reuelli.

Et 6. Æneid.

359

Poſtquam collapſe cineres, & flamma quieuit.

Et 10. Æneid.

360

Non ſaius cineres patrie inſediſſe ſupremos.

Tamen, cinerum faciendi uſus nō ſemper ſervandi, ſed 361

quandoque; abolendæ memoriæ cinerum usurpatus: vt suo loco.

362 Sed de cura defunctorum vid. *l. 4. ff. 9. Cod. de Sacros. Eccles.* quæ leges huc spectare videntur propter Novel. 43.

363 Ex eadem philosophia, sepulcra honorata ab Et-
364 nicis, vt legitur de sepulcris Aristot. apud Ioan. de Monte-Villa *lib. 1. Itinerum, de sepulcro Alexan. Mag.*

365 Ioan. Leo *in descript. Africæ lib. 8. cap. 6.* & sepulcrorū

366 custodes de quibus in *l. 18. in fin. ff. de Condic. ff. De-
monst. latè Gotofred. ad ll. 12. tabul. sub tit. de sacris
priuatis lit. F.* & sepulcrorum violatio punita, vt *tot.
tit. de sepul. viol.*

367 Quin; ominosum, sepulcra inhonestè tractare,
vt abieret in proverbium; *In cineres mingere patrios.*
In eum cui res infœliciter cederent. Inde Horat. *in*
368 *Art. Poëtic.*

Ne cinerem vitans, in prunas incidas.

369 Inde vsus apud diuersas gentes inferendi in sepul-
cra cum cadaveribus prætiosiora quæque, de quo
Beyerlinck *verb. Cadauer.*

370 Ex eadem philosophia; Inscriptiones, seu epita-
phia in sepulcris, vbi inscriptores aliquando ipsos ci-
neres loquentes introducunt.

371 * Lector, si in hoc nimis tibi videor; scias hoc scri-
bēdi genus iam diu plausibile apud Iuristas, & quod

372 iuxta illud Anonymi. *

Fruētibus, & prata, floribusque enata ferendis.

Et vide l. 31. ff de verb. sign. 373

Vnde Virg. Eclog. 4. in persona Cæsar̄is. 374

*Daphnis ego in silvis hinc usque ad sidera notus
Formosi pecoris custos, formosior ipse.*

Item illud, cuiusdam Grammatici. 375

*Grammaticam multos sci-vi, docuique per annos.
Declinare tamen non potui tumulum.*

Et illud bibosi. 376

*Vina dabant vitam, mortē mihi vina dederunt
Sobrius auroram cernere non potui.*

*Ossa merum sitiunt: vino consperge sepulcrum
Et calice epoto, chare viator abi.*

Vel in sepulcris aliquid latere, quod fuit hominis, 377
vt in illo Max. Car. V.

*Hic iacet intus Carolus Quintus
Dic pro illo bis, aut ter Ave Maria, & Pater noster.*

Et in illo Baldi, quod visitur Papiæ. 378

*Filius Astree, iurium pater, artis alumnus
Cæsarea verus religionis honos
Baldus Perusij ducens cognomen ab urbe
Clauditur hic, animus sidera summa petit.*

Et in illo cuiusdam Dialectici. 379

*Hic iacet Magister David
Qui sepè philosophavit
In Barbara, & celarent,
Vt omnes admirarent*

380
Et

Et in frise somorum

Requiescat in secula seculorum.

381 Invaluit enim opinio: Dialecticos malos gram-
maticos agere. Verum, grammaticos, peiores Philo-

382 sophos. Vnde Auson. Epigram. 49. ita lusit:

383 *Rufus vocatus Rhetor olim ad nuptias.*

Celebri ut sit coniuio.

Grammatica ut artis se peritum ostenderet.

Hæc vota dixit nuptijs;

Et masculini, & femonini gignite,

Neutrique generis filios.

384 Quin, & supponunt latere in cadavere non solum
illam potentialitatem nudam, sed ita potentem ut
accidentes afficiat, ut supra num. 341.

385 Inde illud de quodam bibace.

*Hæu! hic sicus est Offellius Bupalus bibulus, qui dñ
dixit, aut bibit, aut minxit. Abi præcep.*

386 Et illud de Rosimunda Henrici secundi Anglorū
Regis Amalia.

Hæc iacet in tumba Rosimunda, non rosa munda

Non redolet, sed olet, quod redolere solet.

387 Et illud, plusquam cynici Laurent. Vallæ.

Tandem Valla iacet, solitus, qui parcere nulli,

Si quæris quid agat? nunc quoque mordet humis.

388 Et hoc astrui videtur ex facto Jacob, qui inter im-
probos Egyptios sepeliri noluit Genes. 49. vers. 29. &
seq. & c. 50. vers. 6. Et quod de Abrahamâ dixi sup. n. 341.

Inde

Inde sancta Ecclesia ossa excommunicati in cæ- 389
meterio sepulti iubet exhumari, & extra projici, *cap.*
sacris 12. *de sepult.* cum concord.

Facit quod Aristot. scribit in *Hist. Animal. lib. 9.* 390
cap. 2. Aquilarum pennas cum aliarum avium com-
mixtas, ipsas integras manere, cæteras verò commu-
nionem non ferentes, tabescere. Et quod inter Lu- 391
pum, & Agnum, etiam post mortem durat Antipa-
thia omnibus est notum. Quo aspexit factum Ioan.
Giskæ Boemi, & omnia complexus est Andr. Alciat.
Emblem. 170. cui titulus. Post mortem formido- 392
losi.

Cætera mutescunt, coriumque silebit ouillum

Si confecta Lupi tympana pelle sonent.

Hanc membrana ouium sic exhorrescit, ut hostem

Exanimis quamvis, non ferat exanimem.

Sic cuta detracta Ziscas, in tympana versus

Boemos potuit vincere pontifices.

Nec mirum; cum mirabilius quod de Virgilij se- 393
pulcro, propè Partenopem in monte Pausilipo sito,
narratur. Scilicet ibi cerni nata laurus ex petra cum 394
hac inscriptione.

Qui cineres! tumuli hac vestigia, conditur olim

Ille hoc, qui cecinit pascua, rure, duces.

Vbi cineres illius mirandi ingenij videntur canen- 395
tes vsurpare illud. Ovid. *Fastorum* 6.

*Est Deus in nobis, agitante calescimus illo
Impetus hic sacrae semina mentis habet.*

- 396 Et quod plus est, ut proprius ad rem accedamus, aliquoties cadavera visa sunt; quasi defendere possessionem sui loculi, & ne miraculo hoc tribuas accipe
- 397 ex profanis. Heët. Boet. *lib. 9. Rer. Scotic.*: Quod Guannota sterilis vxor Arthuri Regis Anglorum, à Piëtonibus capta Angusiæ sepulta fuit: Fœminę calcantes eius sepulcrum remanent steriles.
- 398 De Anthei sepulcro, ab Hercule occisi narrat Kotmanus *de Mirab. Mortuor. cap. 138.* adeò sanctū fuisse ut si pars aliqua erueretur continuo plurię, & tempestates sequerentur, quę non cessarent donec creptum redderetur.
- 399 De Strati Poëtę monumento habet Franciscus Patricius *lib. 5. de Repub.* quod si quis in illud lapidē proiecisset, in iacentem reiecerit.
- 400 Hinc è converso: cinefactio, sive incineratio cadaverum, ad abolendum quantum fieri potest, quicquid huius virtutis, sive potentialitatis in cadavere remansit. Cuius exemplum habetur Genes. 34. de Sodomā, & Gomorra, Adaman, Seboim, & Segol, in terra Chanaam sitę, vbi nunc mare mortuum, sive
- 401 lacus Asphaltites, nihil vividum producat. Et de Core, *ibidem cap. 34.* vnde Psalm. 16. vers. 30. *Iniusti punientur, & semen impiorum peribit.* Et vers. 40. *Iniusti autē disperibunt simul, reliquię impiorum interibūt.*
- 403
- Inde

Inde hæreticorum cinefactio de qua comminatio 404

Ioan. 15. *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. de quo l. ultimum supplicium, & ibi Gotof. not. ff. de Pan. & lex Friderici Imper. incipit inconsutilem,* impressa post Direct. Inquis. per Pegñam ad Eymetricum, inter lit. Apostolicas pro officio S. Inquisitionis pag. mihi 36. Et eius pœnæ meminit idem Pegña 2. par. Direct. in glos. Host. cap. ad abolendam de Hæretic. pag. mihi 159. & glos. Ioan. And. eo cap. num. 14. pag. 182.

Sed nobilis illa incineratio, quæ Maioricis accidit 405
anno 1675. Ianuar. 13. cuiusdam Iudæi Malacitani,
dicti Alonso Lopez, quem ego carceribus mancipa- 406
vi initio Iunij 1673. Et coram me causa tractata fuit,
& conclusa eo, & sequenti anno, in cuius fine Barci-
nonem appuli, eo pertinace relicto, Fiscalis munus
agente, primo D. Gabriele Fabregues, Ecclesiæ Ma-
ioricen. Pœnitentiario Canonico, deinde D. Ioanne
Baptista Des-Bach eiusdem Ecclesiæ Decano Cano-
nico, utroque mihi familiaritate coniuncto. Die igi- 407
tur supradicta fuit sæculari potestati traditus, & inci-
neratus. Post duos, aut tres menses Barcinonem ap- 408
pulis P. Franciscus de Oms Balearis è Societate Iesu,
qui illum perfidum reducere curaverat; narravitque
mihi cor illius nunquam comburi potuisse; existi-
mans illud extitisse portentum nullibi auditum. Sed 409

præ manibus habebam Spondanum sub anno 1531.
 410 & num. 6. referentem idem accidisse in Zuinglio 11.
 Octob. dicti anni, qui ab Heluets Catholicis victus
 cum Tigurinis, & alijs Hæreticis, vulneratus cecidit,
 & à duobus Catholicis interrogatus adhuc spirans,
 an vellet confiteri? se mortuum simulans, ab alio
 superveniente occisus est; agnitusque, & Ducibus
 Catholicis delatus, proditoris, & hæreseos dam-
 natus, flammis consumptus est. Tigurini autem
 religioni tribuere, quod Zuinglij cadavere flam-
 411 mis absũpto comburi nõ potuerit, & adducit Spon-
 dan. exemplum de Pirrho Epirotharum Rege, cu-
 412 ius digitus maior dextri pedis nunquam comburi
 potuit.

413 Sed si verum est, quod annotavit Velazquez in
 Stat. Toletano, & Beyetl. in *Theat. de Hereticorum*
ortu; omnes præteritos novatores, ex Iudaica gente
 servili, & infami originem traxisse: videbis quam
 414 optimè eos descripserit B. Stephanus *Act. 7. & 8. Du-*
ra ceruice, & incircuncisis cordibus, & auribus. Al-
 ter enim propter caducam legem Mosaycam, alter
 propter freneticam hæresim flammis absumptus est;
 & cum diversa fuerit causa patiendi, nihil aliud eli-
 ci potest, ex utroque mirando effectu, quam vtrum-
 415 que denotare resistantiam Spiritui Sancto.

416 Caterùm illud Iudæi cor ibi suam virulentiam
 exeruisse crediderim, & quod dict. P. de Oms in

arcano poenitentiae aliquid intellexerit : etenim valde iucunda fuit ei nostra animadversio , & ea usurum proposuit ad sedandas aliquorum cogitationes.

Illud autem annotare operè pretium duxi : existimatum , cor veneni absumpti esse incombustibile , de quo Zachias *lib. 2. tit. 2. quest. 7. num. 31.* nec non , & eius qui cardiaca laboraverit , ex Plin. *lib. 11. cap. 27.* not. Beyerl. *in Theatro.*

Quæ omnia , & ad illustrationem nostræ rationis , & in gratiam Maioricensium , sive potiùs Balearium , (sunt enim propriè Maioricenses mei compatriotæ) scribere libuit. Maiorica (vulgo Maiorga , Villa factis nobilis Regni Legionen. propter familiaritè splendorem , cœli aspectum , aëris temperiem , agræ amplitudinem plusquam viginti leucas in gyrum occupantem , frumenti , & vini ubertatem , fructuum , nemorum , fontium , vallium copiam , ad flumen Cea eminenti loco sita , à Legionem quadraginta , à Vallisoleto quinquaginta milliariibus distans ; inter alia commendatione dignissima , quod illis turbulentis temporibus Regis Ferdinandi Quarti , dicti , *El emplazado* , tumultuantibus Alfonso de la Cerda , & Ioanne Castellæ Infante , auxilijs Regis Aragonum , & quinquaginta mille armatis , & mille cataphractis , Regnum Ferdinandi , adhuc pupillaris ætatis invadentibus , & Legionem , ac Sancti

- 422 Facundi villam obsidione captis, sola Maiorica fortiter obsidionem perpeffa, victrix evafit, nutantemq; coronam Ferdinandi afferuit: De quo testis est locuples Mariana *lib. 15. cap. 1. pag. mihi 721. & 722.*) me
- 423 genuit. Maioricæ verò, five proprius, Palmæ Balearium Vrbs nobiliffima, delicijs affluens, religione erga Deum, observantia erga nostrum Regem Catholicum pollens, gente optima indole prædita, nobilitate conspicua, me iam virum excepit, per septēnium fovit, & honorificè dimiffit, & nunc etiam ea humanitate profequitur, vt merito credam non nihil desiderij illis amantiffimis civibus, mei reliquiffe.
- 424 Quod magnæ gloriæ ducò, & plurimi habeo; vtpotè, quod fit testimonium rectè mei acti muneris, & boni nominis ibi quæfui: Vuicus laborum meorum fructus.
- 425 Revertendo autem ibi, vnde sum digreffus, ex eadem philosophia fluxit vsus mittendi aratrum, & sale conspergendi domos proditorum, de quo Parlad. *1. rer. quot. cap. 21. Gratian. discept. foren. cap. 179. Et in Civitatibus evertendis. O fual. 10. com. 27. lit. D. vnde*
- 426 *1. Ifaiæ 8. de anima peccatrice. Sicut Civitas, qua*
- 427 *vastatur, & defsolabitur sicut in vastitate hostili. Quare venustè Bald. in dict. cap. 1. de elect. num. 8. (Baldus, inquam, cuius libri copiam non facilè habui, quia ad factores, pigmentarios, & vnguentarios est reiectus.*
- 428 Quam fortunã magnorū Heroum deplorat Eman.

Faria in vita Edoardi Pacheco apud Camoës *Cant.*
 10. *Estanc.* 25.) ait: da exemplū : per peccatum mor- 429
 tale anima separatur à Deo, per pœnitentiam recon-
 ciliata omnia bona opera, & virtutes resurgunt cum
 ipsa.

Quod, in gratiam Iuristarum, quibus hæc præci- 430
 puè scribuntur, expendere libet, ex primis Iurispru-
 dentiaæ rudimentis.

Civis per captivitatem amittit Civitatem, liberta- 431
 tem, dominium, possessionem, ferè mortuis affimi-
 latur, pro nullo habetur, quadrupedibus comparatur,
 nec hominis retinuit nomē, illud fortiebatur ex qua
 Provincia captus. *Osuald.* 2. *com.* 15. *lit.* T. *Strabo.* *lib.*
 7. & ex Alex. ab Alexa. Beyerl. inde personā non ha-
 buisse. *Osual.* *d. lib.* *cap.* 9. *lit.* B. eius status dicebatur 432
 annihilatus *Osual.* 12. *com.* 22. *lit.* H. In hac miserrima
 conditione constitutus, videbatur : nihil remedij su-
 peresse ad recuperandam libertatem. Quia si domi-
 nus vellet illi donare libertatem, est illa difficultas,
 quod dominus propriam libertatem non potest do-
 nare servo; Tum quia libertas domini personalissi-
 ma est; Tum quia si suam daret, ipse remaneret abs-
 que libertate.

Nec libertatem servi donare illi potest; quia pos-
 sito quod homo sit servus, nullam habet libertatē.

Cæterum respondent DD. Dominum verè servo 433
 non donare libertatem, sed manumissione remove-

434 re vinculum servitutis, quod in servum habet. Statimque servum libertatē consequi. Quod ex eo procedit, quod in illo homine ita annihilato virtus, & potentia remansit ad amissam libertatem, & iura recuperanda, quæ potentialitas sublato vinculo statim reducitur ad actum.

435 Similiter philosophandum in anima, quæ in gratia constituta, Angelica decoratur pulchritudine, ineffabilibus Spiritus S. donis ornatur est filia Dei adoptiva, Sponsa Christi, Templum SS. Trinitatis, Thalamus æterni Regis, soror Angelorū, & heres Regni Cœlorū. P. Molina *trac. 1. par. 2. exercit. 2. fol. mihi 128.*

436 His omnibus spoliatur anima per peccatum mortale. Isaïæ loc. cit. num. 426. est serva Diaboli iure venditionis. D. Ambros. *lib. 1. de Jacob. & vita beata cap. 3.* ibi: *Voluntarium sibi militem legit Christus: Voluntarium servum sibi Diabolus auetionatur. Neminem iugo servitutis astrictum possidet, nisi se prius peccatorum are vendiderit.* Et in cap. Medicina de Pœnit. dist. 1. ibi: *Peccatis tuis venundatus es.* Et D. Thom. 3. *par. quest. 48. art. 4.* docet. *Quod peccator est Diabolo obligatus iure belli, quia qui fecit peccatū, servus est peccati.* Ioan. 8. vers. 34. & 2. Petr. 2. vers. 19. ibi: *A quo enim quis superatus est, huius & servus est.* De miserri- ma verò peccatoris conditione post D. Tereciam P. Molinam, & alios Mysticos, optimè P. Eusebius *de la adoracion en Espiritu, lib. 1. cap. 6.* dignus qui videatur,

tur, & revideatur.

Per pœnitentiam autem, & gratiam redit in Dei 437
amicitiam, & omnia perditâ recuperat Trid. *sess. 6.*
cap. 7. D. Thom. *1. 2. q. 63. art. 3.* Suar. *tom. 3. de Gratia*
lib. 6. cap. 8. & 9. Liberatus itaque à servitute fit heres
Regni Cœlorum, & Dei filia: iuxta illud Apost. ad
Galatas 4. *Itaque iam non es servus, sed filius, quod si* 438
filius, & heres per Deum. Et rectè per Deum, quia so-
lus Deus omnipotentia sua potest animam peccatri- 439
cem ad gratiam restituere, Trid. *sess. 6. cap. 1. & 5. &*
can. 1. 2. & 3. Milevit. *can. 5.* Arausican. *2. can. 6.* Afri-
can. *cap. 80. can. ult. de consecr. dist. 4.* & est com. Theo-
logorum, ut post D. Thom. docet Suar. *de gratia ubi*
supra, & ab eo relati.

Vnde anima reconciliata Deo per gratiam, soluta 440
peccati vinculis, veluti postliminio reversa, recuperat
omnia amissa, quia in illa, & si peccato anihilata, vir-
tus, & potentialitas remansit ad quasi amissam liber-
tatem, & dona, Deo miserante, recuperanda.

Relinquitur ergo, quod in philosophia I. C. non 441
fit in corruptione substâciali resolutio vsque ad ma-
teriam primam; cui Philosophiæ videtur Deum se 442
accommodare voluisse, Gen. 4. vers. 10. ibi: *Vox san-*
guinis fratris tui clamat ad me de terra.

Claudendo igitur discursum, dico: inter cineres 443
defunctorum considerasse I. C. potentialitatē, & vir-
tutem, sicut ad alia, etiam ad retinendam possessio- 444

nem, cum sit apud mortales inter prætiosa prætiosissima. Et ad quid appetitus materiæ primæ, & potentialitas nisi ad possessionem? Considera! præ oculis habe, quisquis hæc legis, sive inanis, sive cupidus veræ gloriæ, quo tendit, quo tuus vadit appetitus? nisi ad possessionem sive cœlestium, sive terrestrium? Equidem si in materia prima post resolutionem cōpositi manet appetitus, provt manet in Philosophia I. C. ad quid esse potest nisi ad possessionem? hanc appetunt materia, & forma simul, hanc appetit utraque sola. Anima rationalis separata à corpore illud appetit ad sui perfectionem, quia sic separata est ens incompletum. Conimbric. *Traët. de Ani. sep. disp. 2. art. 3.* & ibi alleg. S. Thom. S. August. Abul. Arist. 2. *Physic. cap. 2. & 3. de Anim. cap. 12.*

448 Materia prima etiam appetit possessionē suæ formæ. Ex qua ratione procedit, quod supra dicebam: resurrectionem mortuorum, quo ad modum, futuram miraculosam, quo ad animam, & corpus, connaturalem. Amic. in 3. part. tom. 6. de *Incar. Myst. d. 8. sect. 1. num. 21.*

450 Quam potentialitatem, & appetitum materiæ primæ considerantes Iurisperiti oculatissimi, & naturalis scientiæ, ad miraculum præditi, dixerunt inter cineres defuncti iunctam esse possessionem, vide infra num. 467. ibique conservari potentialiter, Et cum possessio necessariò personam requirat, illam
poten-

potentialitatem, personam dixerunt, & hereditatem
 vocarunt, in qua receptivè, vt ita dicam, conserva- 452
 tur possessio, & in actum deducta per heredem, qui
 personam induit hereditatis, & eadem censetur cum
 persona heredis, *l. heres 22. ff. hoc tit.* continuaretur 453
 ad vsucapionem implendam, siue adhuc iacente he-
 reditate, *l. 44. §. Nondum hoc tit.* siue postea adita, &
 possessione ab herede in actum deducta, *l. ceptam
 cum sim. ff. hoc tit.*

Et quia hæc potentialitas consideratur inter cine- 454
 res, qui iacent, non inconcinne interpretes iacentem
 hereditatem eam dixerunt, vt apud eos passim inveni-
 nes, non tamen apud I. C. qui hac expressione vsi
 non sunt.

Opportunus sanè locus, vt hic me Hydrographū, 455
 Geographum, quin, & Astronomum ostenderem. 456
 Sunt enim sepulcra in terra, sunt in fluminibus, vt il-
 lud S. Irenes in alveo Tagi apud oppidum Lusitaniæ 457
 Santaren corrupte dictum, eo, quod sit propè illius
 sanctæ sepulcrum, de quo Faria ad Camoës *Cam. 10.* 458
Estanc. 95. Sunt & in mare, vt illud Draxi. cuius me- 459
 minit Ouen *lib. 2. Epig. 148.*

Religio quamvis Romana surgeret olim

Effodere tumulum non puto DraKe tuum.

Non est, quod metuas ne te combusserit vlla

Posteritas: in aqua tutus ab igne iaces.

Pono exemplū in vno sepulcro Ferdinandi Ma- 460

I

gni

gni. Est Legione. Sita Legio ad gradum 13. longitu-
dinis, 43. latitudinis in zona temperata, inter To-
picum Cancrī, & circulum Arcticum, climate quin-
to circa finem, sub Leonis signo, illi Sol dominatur,
eius diameter gradus longitudo 193. latitudinis 43.
ad polum Antarcticum in terra incognita.

Possē hoc modo circumambulare orbem non
magno negotio, cum ubique sint sepulcra, ubiq; fue-
rint iacentes hereditates. Et si pigeret in terraambu-
lare cum Botero, Ortelio, & Bleau; Astronomiam
possē applicare cum Sacrobosco, & Clavio.

461 Hęc tamen visa, quam docendo, seducendo ap-
462 ta. Nec scientia sacrorum Canonum, & sanctarum
legum in his nēnijs, nec in contemptu eorum, qui-
bus fortuna iniussa, fundatur. Sed in solida philoso-
phia, rerum divinarum, & humanarum notitia. Sed
de hoc, si opus fuerit, alibi plenius.

463 Superest nunc, ut iuris civilis auctoritate nostram
astruamus sententiam. Et primo meo videri est tex.
rotundus, & expressus, qui bona fide cavillari nō po-
test, in l. Gerit 88. ff. de acquir. her. Accipe verba Pau-
li. *Gerit pro herede, qui animo agnoscit successionem, li-
cet nihil attingat hereditarium: unde et si domum pig-
nori datam, sicut hereditariam retinuit, cuius possessio
qualis qualis fuit in hereditate pro herede gerere vide-
tur.*

464 Ecce ubi Paulus apertē dicit, esse in hereditate qua-

qualemqualem possessionem. Formo argumentum, in hereditate est aliqua possessio, sed non est possessio actualis, ergo est habitualis, sive potentialis. Maior est Pauli. Min. est omn. Consequentia probatur à sufficienti partium enumeratione. Nulla possessio potest considerari, nisi actualis, vel habitualis; sed actualis non est in hereditate: ergo est habitualis.

Secundo est tex. qui nisi violenter, vitari non potest in *l. cum Miles* 30. ff. ex quib. caus. mai. qui tex. nostram sententiam probat, & reponere pro verbo, *Possessio*, verbum, *Usucapio*, & voluntarium est, & non tollit difficultatem, ut supra ostendi à num. 229. & 450. & 451.

Sed ultra ibi dicta, pro confirmatione veræ interpretationis à me traditæ pondero tex. in *l. Pomponius* 13. §. *Non autem* 5. ff. de acquir. possess. vbi Vlpianus ait. *Non tantum ea testatoris possessio heredi procedit, quæ morti fuit iniuncta.* Nota verba, *Morti fuit iniuncta.* Ergo post vitam iniuncta. Ergo hereditati iniuncta. Cui enim alteri iniuncta esse potest?

Seu aliter; morti fuit iniuncta, idest cadaveri, sive cineribus, sumpta causa pro effectu per Metonymiam.

Etiã potest dici, respexisse Vlpianũ ad philosophiã Heracliti, qui ut est apud Laertiũ de cõsol. ad Apollon.

ait: *morrens in omnibus hominibus latere, eundem esse
vium, & mortuum, vigilantem, & dormientem, ado-
lescentem, & decrepitem, quia haec in illa, vicissimque
mutantur.*

470 Quo respexisse videtur D. Francisco de Quevedo
in somnijs suis insomnibus, & doctrinalibus in dis-
cursu *visita*, ibi: *La muerte no la conoceys, y soys vo-
sotros mismos vuestra muerte, tiene la cara de cada uno
de vosotros, y todos soys muerte de vosotros mismos. La
calavera es el muerto, y la cara la muerte.*

471 Quin schema mortis, quid est aliud, quam de-
forme cadaver vniuscuiusque, æquale in omnibus.

472 Vnde habetur: mortem omnes exequare. Inde Ho-
rat. i. Carm. 4.

Pallida mors equo pulsat pede

Pauperum tabernas, regumque turres.

473 Et Claudian. in Raptu Proserpinae

Sub tua purpurei veniunt vestigia Regis

Deposito luxu, turba cum paupere mixti.

Omnia aequat mors.

474 Relinquitur ergo, quod possessio testatoris manet
morti iniuncta, id est cadaveri, sive cineribus, ibique
retineri, & in persona hereditatis conservari.

475 Tertio ratione sic probo: Possessio defuncti con-
tinuatur in herede, *l. an vitium* 14. §. 1. ff. de divers.
Temp. Praescrip. ergo eadem est possessio heredis, ac
defuncti, alias non daretur continuatio, ut ostendi su-

pra à nu. 102. Tunc sic: Ergo possessio defuncti nō perit, quia reproduci non potest, vt probavi num. 65. Ergo apud aliquam personam inter mortem testatoris, & heredis aditionem extitit, cum sit factum necessario personæ adhærens, vt supra num. 49. sed non potest excogitari aliqua persona, in qua conferretur, nisi hereditas. Ergo possessio defuncti est apud hereditatem nondum aditam.

Deinde probo ratione iuridica. Si esset apud hereditatē vsucapio, & non possessio sequeretur, quod 476
 omni casu hereditas vsucaperet, hoc est falsum, ergo illud ex quo sequitur. Probo sequel. vsucapionem, quæ est apud hereditatem, nemo auferre potest, nec alibi scriptū est, quod vsucapio auferatur, sed quod ab alio possideatur possessio, ergo omni casu hereditas vsucapiet, sed hoc est falsum. Ergo, &c. Min. 477
 probatur, *ex l. Possessio 20. ff. hoc tit. l. Qui cum 6. §. 478*
fin. ff. Pro emp. vbi habetur, quod iacente hereditate, possessio testatoris, ita heredi procedit, si medio tempore à nullo possessio sit possessa: ecce vbi ab hereditate non tollitur vsucapio, & tamen non prodest heredi vsucapio, quando ab alio possessio fuit possessa, ergo ex eo est quod in hereditate est possessio, nec sola vsucapio sine possessione.

Quinto argumento ad hominem probo. Ad hereditatem transeunt omnes iuris effectus possessioni 479
 attributi, vt fatetur Valent. supra num. 145. sed vnus effectus

effectus possessioni à iure tributus est, quod possessio sit factum legale transmissibile de persona in personam, supra à nu. 54. Ergo hoc factum legale transit in hereditatem. Ergo intentum.

480 Sexto, & ultimo probo arg. tex. in *l. si is qui animo* 27. ff. de *acquir. possess.* quatenus habet: *Quod si aliquis animo saltus possessionem retineret, & furere cepisset, non potest dum furet possessionem amittere eius saltus, quia furiosus non potest desinere animo possidere.* Hæc ibi

481 Paulus. Sic formo argumentum, qui possidens furere cœpit, non potest retinere actualem possessionem, quæ tantum retinetur animo, quo furiosus caret, & si corpore aliquid saltus possideat, hoc nō est possessio, sed nuda occupatio, *l. 1. §. 3. ff. de acquir. possess.* & tamen furiosus non amittit possessionem, licet neque animo, neque corpore possideat. Ergo similiter hereditas licet neque corpore, neque animo possideat non amittet possessionem.

482 Vel clarius: In furioso non potest considerari possessio actualis, sed tantum habitualis, & hæc sufficiens ad conservandam substantiam possessionis, sed eadem possessio potentialis potest considerari in hereditate, *d. l. Gerit.* Ergo ipsa est in hereditate, & conservat possessionem.

483 Dices: diversam esse rationem: Tum quia furiosus veram habet personā: Tum quia resipiscere potest,

test, & non videtur idem in hereditate.

Sed adverte : in hereditate considerari etiam per- 484
sonam legalem, & quod possessio est factum lega-
le, & sicut furiosus respicere potest, ita hereditas
reviviscere potest, & reviviscit, & perficitur per adi-
tionem heredis, ideo dicitur esse eadem persona he-
redis, & hereditatis, *l. heres 22. ff. hoc tit.*

Ne autem objicias : me, ita noviter scribentem, 485
& à furore arguentem, furere : considera pccatissi-
mum possessorem. Numquid semper animo, & cor-
pore potest rebus suis insistere ? Numquid ani-
mus semper non fertur in aliud, quam in cuiusli-
bet rei possessionem ? Et quid si in disitis locis ha-
beat res suas ? Numquid dormiens : non dico pac-
catissimus, sed vigilantissimus possessor, insitit suæ
possessioni animo, aut corpore ?

Considera etiam, quod Dialectici parvi confide- 486
rant verba, inquit, in definitione non dicunt
actum, sed aptitudinem. Definitio possessionis est
detentio, &c. Vbi detentio non solum dicit actua-
lem, sed etiam aptitudinalem, sive potentialem pos-
sessionem. Hanc dicimus esse semper in pccatissi- 487
mo possessore. Hanc in vigilantissimo. Hanc in fu-
rioso. Hanc in hereditate.

Est ergo verū de primo ad ultimū : possessionem 488
habitualem transire ad hereditatē, ibique conservari,
atque

atque ratione iuridica, sive hereditate iacente, sive iam adita statuto tempore continuari, & impleri usufruptionem, fictionemque hereditatis inductam à
 489 lege ad servanda usufruptionis principia, non vero ad dominia continuanda, ut excogitaverunt relati num. 118.

490 Ex quibus quot iura possint illustrari, tam in materia possessionis, quam usufruptionis, & specificationis, per te potes videre. Nobis enim solum fuit in animo explicare hanc legem *si is qui pro emptore*, & pro nunc non vacat amplius divagari.

491 Sed ad argumenta, quæ nobis possunt objici deveniamus.

492 Et primo ratione sic argues: si appetitus, & potentialitas, quæ manent inter defuncti cineres sufficientiunt ad conservandam possessionem, maior appetitus consideratur in captivo, sed appetitus captivi non sufficit ad conservandam possessionem, ergo multo minus appetitus consideratus in cineribus defuncti.

493 Respondeo dupliciter & verè, negando consequentiam. Ratio: quia possessio requirit personam in qua continetur; hereditas vicem personæ habet, ut in hac *l. si is qui pro emptore*, captus autem iure civili personam non habet.

494 Resp. Secundo; possessionem testatoris morte non fuisse amissam, sed remansisse in hereditate. Remanet

net morti iniuncta *d. l. Pomponius*, §. *non autem*, & ibi continuatur. Captus autem possessionem amittit, ideoque non potest continuari. Et hoc est, quod habetur in hac lege *si is qui pro emptore*. Sed verum est eum in vita sua desisse possidere. Quare in hereditate est possessio, persona & potentialitas, in captivo autem solus appetitus absque persona, & possessione.

Verum, te video causę victoriam expectantem 495
patrocinio Papin. fretum, meque in iudicium vocā-
tem. Papinianus enim in *l. Denique 19. ff. ex quib. caus.*
mai. ita habet: *Si emptor, priusquam per usum sibi ad-*
quiret ab hostibus captus sit, placet interruptam [usu-
captionem] possessionem postliminio non restitui, quia hac
sine possessione non consistit, possessio autem plurimum fa-
cti habet, causa verò facti non continetur postliminio.

Ex quibus Papin. verbis illud axioma ab omnibus 496
elicitur: fictio non habet locum in his quę sunt fa-
cti, quod etiam prob. ex *l. 12. §. 2. ff. de capt.*

Tunc si conficitur argumentum. Fictio non habet 497
locum in his quę sunt facti, sed hereditas fictio est,
ergo hereditas non habet locum in possessione, quę
facti, vel factum est.

Resp. Axioma prædictum, ita tritum, quam ma- 498
le à Iuristis intellectum falsum esse per ea quę ad-
duxi à num. 189. & collectionem factam ex *d. l. De-*
nique, esse contra mentem Papin. Accipe iuridicam.

499 *Possessio plurimum facti habet factum requirit personam, in postliminio non est persona: ergo causa facti, qualis est causa possessionis non continetur postliminio. Hæc est optima collectio à Fabro notata num. 5. r. supra.*

500 *Sed expendere altius libet huius legis sententiam. Quæstio hic à Papin. posita ea est. Emptor rei alienæ, & eiusdem bonæ fidei possessor captus ab hostibus rei possessionem amittit, postea ad sua limina reversus intendebat restitui ad amissam possessionem. Quæritur utrum restitui debeat, & continuetur possessio amissa iure postliminij?*

501 *Ratio dubitandi verba edicti quæ habentur apud Ulpian. l. r. §. r. hoc tit. ibi: Si cuius, quid de bonis, cū is metu, aut sine dolo malo Reipublicæ causa abesset, in re vinculis, servitute: Et ibi: Item si quid usucaptū fuisset, aut quod non utendo amisit: Et ibi: Earum rerū actionem intra annum, quo primum de ea re experiundi potestas erit, dabo.*

502 *Ecce ubi Prætor pollicetur in integrum restitutionem ei, qui fuit in servitute ad recuperanda ex dicta causa amissa. Ergo videbatur dicendum, captivo reverso, suæ possessionis concedendam restitutionem ad continuandam usucapionem.*

503 *Ratio decidendi: verba edicti Prætor pollicetur restitutionem in integrum quatenus per legem licet. Per legem nō licet restitui amissa possessio, quia plurimum*

rimum facti habet: facta naturalia præterita reproduc-
 ct non possunt. Lex imitatur naturam. Quod natu-
 ra non potest in suo genere, nec lex in suo. Natura
 non potest reproduci factum naturale præteritum,
 ita neque lege factum legale præteritum, *d. l. 1. §. si vir,*
ff. de Adq. Poss. At qui possessio captivitate interrup- 504
 ta, est factum legale præteritum. Ergo lege reproduci
 non potest, & per consequens, nec lex illud restituere
 potest.

Ex quibus intelliges, *d. l. 1. §. 2 in princ. ff. de cap. &* 505
postl. reuer. ubi scriptum ita à Triphonino. *Facti au-*
tem cause infectæ nulla constitutione fieri possunt (quod 506
 adeo verum est, ut nec potentia Dei absoluta fieri
 possit; veluti Christum non fuisse natum: non fuisse
 passum, *D. Tho. Quodlib. 4. ar. 5. item 1. p. q. 2 §. 5. art. 4. &*
est tex. in cap. si Paulus 3 2. q. 5. ibi: Cū omnia possit Deus
suscitare Virginem non potest post ruinam.) Ideoque eo-
rum, quæ possidebat per semetipsum possidens, (scilicet
captus de quo in eo titulo sermo) qui postea nactus est,
interrumpitur vsucapio, quia certum est, eum possidere
desisse. Ratio: quia illa possessio quæ ante captivitatem 507
 habebat civis, erat factum, & fuit captivitate præte-
 ritum, & finitum, & ad præteritum non est potentia.

Sed nunc sic objicies; Si fictio habet locum in his 508
 quæ sunt facti. Ergo hereditas, quæ fictio est habe-
 bit locum in his quæ sunt facti. Ergo hereditas
 facit. Hoc est impossibile, cum hereditas sit res

inanimis. Ergo tota mea traditio corrui.

509 Resp. distinguo primum consequens. Pro quo ad-
verte doctrinam *Donel. 2. com. 9.* vbi docet, quod ver-
balia in *io*, quandoque denotant actum verbi, quan-
doque rem factam. E. g. lectio denotat, & ipsum
actum legendi, & etiam rem lectam. Depositio, &
actum deponendi, & rem depositam, l. *Nunquam*
510 31. §. *Theſaurus. ff. de Adq. Rer. dom.* vbi dicitur quod
thesaurus est vetus depositio pecunie, vbi verbum *depo-*
sitio, non potest denotare actum verbi, hoc est ipsum
factum deponendi cum fuerit præteritum, significat
ergo rem depositam.

511 Similiter fictio duplicem habet acceptionem.
Vel enim significat ipsum actum fingendi, vel rem
fictam. Primo modo fictio habet locum in his, quæ
sunt facti, vt in exemplis propositis à num. 189. secū-
do modo quando significat rem fictam, fictio non
habet locum in his, quæ sunt facti, quia res ficta, &
ina nimis facere non potest.

512 At hereditas, non est quid fingens, sed quid fictū,
Ideoque hereditas nō potest facere, sed pati tantum;
recipit ergo in se possessionem defuncti, & potentia-
513 liter substantiam eius seruat, quia ad hoc non est ne-
cessarium factum, sed tantum, quod hereditas patia-
tur.

514 Vnde ad argumentum Resp. Fictio habet locum
in his quæ sunt facti activè, nego consequentiã, passi-
vè

vè concedo consequentiam, & nego secundam consequentiam. Vnde credo satis remanere explicatum illud Axioma: *Fictio non habet locum in his, quæ sunt facti.* 515

Adhuc tamen scrupulus remanet in hac lege *denique*, vbi plures offendunt. Quem remove curabimus, vt nihil, quando in hunc locum incidimus, intactum relinquamus. 516

Ait Papinianus. *Placet interruptam possessionem postluminio non restitui: quia hæc sine possessione non consistit.* Quæ loquutio minus grata aliquibus visa est, nec Papiniano digna. 517

Valentia, cum Fabro *lib. 1. tract. 3. cap. 4. num. 5.* in Tribonianum hoc peccatum rejicit, ab eoque fuisse substitutam vocem, *Possessio pro Usucapio*. Legendumque contendunt. *Placet interruptam Usucapionem, &c.* 518

Gotofred. *in hac l.* eodem modo se expedit auctoritate P. Fab. 2. *Semest. 25.* Alias enim, inquit, satis durum loquendi genus est dicere: *Possessionem sine possessione non consistere.* Solum distat à Valent. & Fab. quod Tribonian. non insectatur. 519

Alij autem dicunt cum Accur. verbum, *Possessio*, etiam significare usucapionem, nec esse necessarium pro verbo, *Possessio*, reponere, *Usucapio*: citatur Eguin Baro *in hac l.* Bernab. Bris. *de verb. sig.* verbo, *Possessio*, Giphani. *in l. 23. num. 12. ff. de Adq. Pos.* 520

521 Allegantur etiam libri iuris Basilicorum, in quibus. *Possessionis*, verbo *in hac l.* respondet. *Despoteta*, idest dominij per usum adquisitio, sive usucapio. Observavitque Cuiac. 12. *Paul. ad Edict. in l. 3. ff. hoc tit. ex quib. cau. mai. & l. 23. ff. de Adq. Posses.*

522 Nec hoc refragari Papiniani elegantia contentunt. Nam ut *not. idem Cuiac. in hac l. 19. & in Parat. ad tit. de usucap.* hæc loquutio. *Possessio sine possessione non consistit* : procedit illa figura Rhetoricis familiari, quam Græci *Plossè*, Latini autem : repetitionem, sive traductionem vocant : per quam, eadem vox alio sensu in principio, alio postea usurpatur, ut docet *Quintil. lib. 9. instit. orator. cap. 3. Aquil. Rom. de figur. senten. in Plossè.*

523 Certè mihi serio cogitanti hunc textum, visum est Papinianum propriissimè, philosophicè, & validissimè, dictis verbis suam sententiam probasse, nec se per ambages, & tropos declarasse.

524 Pro intelligentia huius rei, quæ satis est subtilis; animadverto: quæstionem hic tractatam à Papiniano eam esse. An eadem numero possessio amissa ab emptore per captivitatem, resituatur virtute postliminij ad continuandam usucapionem?

525 Esse hanc quæstionem, hic à Papiniano tractatâ sub dictis præcisis terminis; credo manifestum; quare non immoror in hoc probando.

526 Ait ergo Papinianus. *Placet interruptam possessionem*

nem. Genuina, & proprijsima est hæc loquutio, *Possessio interrupta*. Et si enim propriè dicatur, *interrupta usucapio*, proprius tamen dicitur, *interrupta possessio*, quæ est causa usucapionis, ut ex diffinitione, quæ habetur, *l. 3. ff. d. tit.* liquet. Usucapio autem interruptum per consequentiam, licet necessariam, diciturque, usucapio interrupta Metonymice sumpto effectu pro causa.

Illam autem verba: *Possessio sine possessione non consistit*; absque tropo, physicè, & validissimè exprimunt Papiniani conceptum, rationemque denegandi restitutionem in materia subiecta. 527

Pro quo nota: Quæstionem hic à Papiniano tractatam, de restitutione eiusdem numero possessionis non levis fuisse momenti apud Iuris conditores. Hoc facile suaderi potest: Tum quia eam tractat acutissimus Papinianus: Tum; quia Marcellus contrarius fuit sententiæ Papiniani, existimans possessionem captivitate amissam restitui postliminio. Hoc demonstrabo in hac *l. si is qui pro emptore, vers. Quemadmodum.* à num. 131. 528

Papinianus vero, ut suam sententiam firmaret, restitutionemque eiusdem numero possessionis per captivitatem amissæ impossibilem ostenderet: philosophicè, ac validissimè ait: *Possessio sine possessione non consistit*. Ac si diceret, res sine re non consistit: substantia sine substantia non consistit: existen- 529
cia

tia sine existentia non consistit, &c.

530 Prius est, quod sit res, quam quod restituatur. Quod sit possessio, quam quod restituatur. Res sine re esse non potest. Possessio sine possessione esse non potest.

531 Repugnat igitur, quod possessio, quæ non consistit, restituatur, sicut repugnat, quod consistat res sine re. Possessio servitute perijt. Non est. Postliminio restitui non potest possessio, quæ non est. Alias daretur res sine re: daretur possessio sine possessione.

532 Hæc philosophis clariora sunt, quam quod explanatione indigeant. Conabor tamen ea legum studiosis suadere, ex doctrina Angel. Doct. Quodl. 4. art. 5. ubi ait. *Quædam enim sunt, quorum unitas in sui ratione habent durationis continuitatem, sicut patet in motu, & tempore, & ideo interruptio talium, indirectè contrariatur unitati secundum numerum, ea verò, quæ contradictionem implicant, non continentur sub numero Deo possibilium, quia deficiunt à ratione entis, & ideo si huiusmodi in nihilum redigantur, Deus non potest eadem numero reparare: hoc enim esset facere contradictoria simul esse vera: puta si motus interruptus esset unus.*

533 Ecce in hac l. 19. Possessionem interruptam, quæ factum est. Ecce factum præteritum deficiens à ratione entis, & in nihilum redactum. Et in sententia D. Thom.

Thom. nec de potentia Dei absoluta idem numero factum præteritum continetur sub numero Deo possibilem.

Repugnantia verò restitutionis eiusdem numero possessionis amissæ, talis est. Si restitueretur amissa possessio eadem numero, esset facere contradictoria simul esse vera. Scilicet, possessionem restitutam esse eandem numero, & nō esse eandem numero. Esse eandem numero, vt supponitur. Non esse eandem numero, quia eius duratio est interrupta, quod cum vnitatem eius numerica pugnat. 534

Pro quo notandum, quod iuxta Aristot. 5. *Physic.* Tria requiruntur ad vnitatem numericam actionis. Nempe vnitatis numerica subiecti, vnitatis numerica termini, & vnitatis numerica temporis. Ita vt quocūque horum variato non fit eadem numero actio, sed diversa. Quare sicut non potest redire idem numero tempus præteritum. Arist. *de Gen. cap. fin.* ita neque eadem numero actio, nec idem numero factum, & per consequens neque eadem numero possessio, quæ factum est. 535

Igitur in quæstione huius legis si obtineret sententia Papiniano contraria, sequeretur, quod consisteret eadem numero possessio sine possessione. Consisteret eadem numero possessio, vt supponitur. Consisteret sine possessione, quia eadem numero possessio, eadem numero actio, idem numero factum præ-

teritum non potest redire, nisi redeat idem numero tempus, quod est impossibile.

537 Ut ergo, denotet Papinianus repugnantiam in sententia sibi contraria ex qua sequebatur, quod cōsisteret possessio sine possessione; philosophicè, & validissimè affirmat: quod possessio sine possessione non consistit.

538 Clarius: Arguit sic Papinianus contra sibi adversantes Ex vestra sententia sequitur, quod possessio consistit sine possessione. Hoc autem est falsum, impossibile, & repugnans; quia possessio sine possessione non consistit.

539 Tertio obijci potest *text. in l. 1. §. Scævola, ff. si is qui testa. liber esse, &c.* vbi Ulpian. ex mente Scævole sic firmat. *Scævola ait possessionis furtum fieri: Denique si nullus sit possessor furtum negat fieri; idcirco hereditati furtum non fieri, quia possessionem hereditas non habet, quæ facti, & animi est: Sed neque heredis est possessio antequam possideat, quia hereditas in eum id tantum transfundit, quod est hereditatis.*

542 Ex quibus sic conficies argumentum. Scævola negat fieri furtum possessionis si nullus sit possessor, & inde colligit, hereditati furtum non fieri, quia hereditas possessionem non habet. Ergo nostra causa deserta.

543 Iterum sic argues. Possessio non transit ad heredem antequam possideat, quia hereditas tantum transfundit,

dit, quod est hereditatis. Ex quo Scævola colligit: Possessionem ad heredem non transfundi, quia in hereditate possessio non fuit. Ergo intentum.

Ad primum argum. resp. Quod nobis, nec no- 544
 dus est, nec scrupulus. Imo Scævola pro nobis fa-
 cere. Pondera tex. *Possessionem hereditas nō habet, quæ*
facti est, & animi. Subsiste, & nota proprietatē verbi, 545
quæ. Cuius natura est restrictiva, per quam præcedē-
 tia restringuntur ad casum relatum. *not. DD. per tex.* 546
in l. omnes populi, ff. de iust. & iur.

His positis concludit Scævola; quæ facti est, & 547
 animi, possessionem, hereditatem non habere; per
 quæ verba satis innuit, aliam esse possessionem, quæ
 non est facti, & animi. Illam negat hereditari; hanc 548
 autem quam possessionem habitualem dicimus, &
 qualemqualem possessionem vocat Paulus in *dic. l.* 549
Gerit 88. ff. de adquir. hered. non negat Scævola, imò
 illam astruit.

Ad secundum argum. dico habere eandem ma- 550
 teriam, quam tractat Iavolenus in *l. cum heredes 23.*
ff. de adquir. posses. vbi ait. *Quando heredes instituti su-*
mus, omnia iura ad nos transeunt, possessio autem nisi
naturaliter comprehensa ad nos non pertinet.

At idē est tex. in *l. si expilata, §. apparet, ff. exp. her.* 551
 vbi ait Vlpia. *Apparet autē expilata hereditatis crimē co-*
casu intendi posse, quo casu furti agi nō potest, scilicet ante
aditā, vel post aditā hereditatē, antequā res possessæ sūt.

552 Ex quibus omnibus elicere intendunt DD. possessionem non fuisse penes hereditatem. Antequam respondeam, animadverto, tam in *l. 1. §. Scavola, ff. de his qui testam.* quam in *d. l. 2. §. 1. ff. exp. her.* Poni quaestionem illam. An hereditati iacente furtum fiat, saltem possessionis, & ubique negant I. C.

553 Ratio dubitandi fuit, quod hereditas est dominarum rerum hereditariarum, *l. Non minus 34. §. 1. ff. de hered. inst. l. Hereditas 61. ff. de adquir. rer. dom.* Qua quaestione lepido æquivoco usus est. Oubien. *in problem. ad I. C. lib. 1. Epigram. 160.*

Qui domino invito rem contrectaverit, fur est.

Quid si hoc invito non faciat domina?

555 Contrarium statuitur in *d. 11.* Ratio: quia furtum
556 fit invito domino, *§. 6. inst. de Furt.* at hereditas utpotè res inanimis, nec vele habet, nec vole itaque hereditati furtum non fit, quia ad hoc requiritur illa
557 possessio, quæ facti est, & animi, qua hereditas caret.

558 Cæterum ad conservandam, & continuandam possessionem, illa necessaria non est, sed sufficit illa habitualis, seu qualisqualis possessio, quam hereditati tribuit I. C. in *d. l. Gerit.*

559 Sed tunc remanet difficultas. Cur adita hereditate, ante captam ab herede possessionem naturaliter furtum non fiat?

560 Respondet Scævola. *d. l. 1. §. Scavola. Quia hereditas*

in heredem id tantum transfundit, quod est hereditatis,
non autem fuit possessio. Scilicet illa, quæ est facti, &
 animi, de qua loquitur Scævola. Cum autem illa
 possessio, quæ non est facti, & animi transfundatur
 in heredem, ea que insufficientis sit ut furtum fiat,
 possessionis saltem, inde est, quod illa possessio quasi
 iuncta descendit ad heredem, *d. l. cum Miles.* Nec
 furtum possessionis fiat heredi post aditam heredita-
 tem, antequam heres naturaliter possideat, cum an-
 te solum habeat illam potentialem, sive qualè qua-
 lem possessionem, quæ non est sufficiens ad hoc, ut
 possessionis furtum fiat etiam post aditam heredita-
 tem.

Pondero etiam pro mea sententia, quod quæstio
 Scævolæ, & Vlp. in *d. ll.* esset impertinens, & indi-
 gna, si in hereditate non esset aliqua possessio, tra-
 ctant enim utrum hereditati fiat furtum possessionis.
 Ergo supponunt in hereditate esse possessionem, ar-
 gum. *l. quidam referunt, ff. de iure. Codic.* Alias si ali-
 qua non esset possessio, quomodo de non enti esset
 quæstio? cum non entis non sint qualitates, *d. l. i. ff.*
de usufr. leg. quare hæ leges magis nobis profunt
 quam obsunt.

Quarto opponi potest. In suis heredibus conti-
 nuatur dominium, *l. in suis, ff. de liber. & posthu.* &
 possessio non continuatur secundum communem
 sententiam, de qua testatur Osuald. 7. *com. 10. lit. C.*
 nisi

571 nisi eam apprehendant. Tunc sic. In suis heredibus
 hereditas non datur, quæ seruet possessionem, & ta-
 men suo herede capiendo possessionem cōtinuatur
 vsucapio, ergo ex eo est, quod non existit potentia-
 572 liter in hereditate, alias enim in suis heredibus eū nō
 sit hereditas, non potest dici tunc hereditatem reci-
 pere possessionem, & illam seruare.

573 Respondeo: An transeat, vel nō possessio in suos
 heredes sub lite esse, & siue transeat, siue non, nihil
 574 ad nos, si transit iuxta sententiam Accursij, habemus
 575 intentum, si non transit iuxta communem respon-
 deo, retenta distinctione. Non transit actualis con-
 cedo. Potentialis nego.

576 Quæres: Cur ad heredes, vel suos, vel extraneos
 non transeat possessio actualis?

577 Huius rei rationem à nemine credo consideratā,
 sicuti, nec plura alia quæ iam vidisti, vel videre de-
 578 buisti. Ut autem quid sentiam proferam; Suppono,
 ex principijs iuris: fictions à lege nunquam introdu-
 ctas, nisi boni publici exigente, vel utilitate, vel ne-
 579 cessitate, Fab. 19. *coniect.* 16. Aliter eas abhorret *l. fin.*
ff. de R. V. Nec cessante necessitate, vel utilitate ulte-
 580 rius procedit fictio legis. Natura enim, & ars nihil
 faciunt frustra. 2. *Physic.* 1. & *de Cælo* *tex.* 59. *l. Qui bis*
 581 *idem, ff. de verb. oblig.* Transfert lex habitualement
 possessionem, quia hoc exigit necessitas, & utilitas ne
 582 possessio pereat; actualement verò non transfert, & quia
 non.

non est necessaria ad substantiam seruandam, & quia
 in hereditatem non potuit resistente natura. Eandē 583
 potentialem possessionem transfert lex in heredem 584
 suum, vel extraneum, ea ratione qua in hereditatem,
 nec amplius transfert, quia non erat necessarium, nec
 utile. Non erat necessarium, quia hæc possessio po- 585
 tentialis sufficit ad sui conservationem, & ad imple-
 dam vsucapionem. Non erat utile. Tum quia lex 586
 non facit quod homo facere debet; Tum quia bo- 587
 no publico aduersaretur. Etenim æquitas vsucapio-
 nis fundatur in publica utilitate. Durum erat, quod 588
 vsucapio alterum læderet, ei suum adimendo;
 quod dominium sine facto nostro ad alium per-
 veniret; quod ab inuitis discedere non debet, l. 1.
 §. 1. ff. de iure dotium; Et quod cum quis suæ rei
 sit moderator, & arbiter, ea non uti impunè pos-
 set.

His occurrit Gaius in l. 1. ff. de vsucap. Bono, in- 589
 quit, *publico introducta est vsucapio*. Quæ autem bo- 590
 na exinde sequerentur expendit Donel. 5. *comm.* 30.
 & ibi Osuald. *litter. C.* Vbi inter alia not. ex Agel-
 lio 4. *Noct. Attic.* Apud Romanos censoria nota pu-
 nitos, qui in diligenter agros collerent, vineasque
 fordescere paterentur, eo quod in perniciem popu-
 li propter dominorum incuriam annonæ penuria fe-
 quebatur.

Quare ut quisq; res suas curaret, quod fieri nõ po- 591
 terat,

terat, nisi utendo possessione, potentialem tantum
 in herede, transmissit lex, ne periret, actualem verò
 non ita, ut heredes invitarentur ad eam quaerendam,
 592 & actualizandam, ut ita dicam, si commodis illius
 uti volent, & per consequens res suas curarent uten-
 do possessione, ex quo toti populo commodum se-
 quebatur, & sequitur.

593 Vides iam, quatenus iure singulari possessio con-
 tinuatur inter defunctum hereditatem, & heredem.
 Non eo iure singulari à Fabro excogitato, de quo,
 inquit, non posse nos sequi regulam iuris: sed con-
 tinuatur possessio iure singulari, idest, non vulgari,
 non trito, sed recondito, & subtili.

594 Et ne dicas, me gratis loqui accipe textum pro
 me stantem in *l. Pomponius 13. §. Quæsitum 4 ff. de ad-
 quir. possess.* ubi ita habetur. *Quæsitum est, si heres prius
 non possederat, an testatoris possessio ei accedat? Et qui-
 dem in emptoribus possessio interrumpitur, sed non idem
 in heredibus plerique probant, quoniam plenius est ius suc-
 cessionis, quam emptionis: sed subtilius est, quod in emp-
 torem, & in heredem id quoque probari.*

595 Ex quo mirabili tex. præter verbū, *subtilius*, quod
 596 nostram rationem mirificè cōfirmat. Pondera: Du-
 597 bitarū fuisse de continuatione possessionis inter ven-
 ditorem, & emptorem, magis quam inter defunctū,
 598 & heredem. Ratio dubitandi ea fuit. Venditor, &
 emptor diversa sunt personæ. Ergo diversa facta vē-
 ditoris,

ditoris, & emptoris. Si diversa facta; ergo diversa possessio, quia possessio factum est; Et per consequens si est diversa possessio, continuari non potest, cum continuum dicatur illud cuius extrema sunt unum.

Lubet pro maiori elucidatione in medium ponere Philosoph. mentem de natura facti. 2. Poster. 12. *Nec enim factio factum etiam coharet, sunt enim fines, & indiuidua, nam ut punctum puncto non haret, sic neque factio factum, ambo namque sunt indiuisibilia; nec igitur ob id ipsum factio fiens hærere potest, fiens enim indiuisibile, factum indiuisibile constat esse; ut igitur linea se se habet ad punctum sic fiens ad factum, nam in eo, quod fit infinita sunt facta. Ut videas quam diversum sit factum unius à factio alterius, factum venditoris à factio emptoris, ergo unius factum, alterius factio hærere non potest.*

Ratio decidendi: Argumentum procedit in factio naturali, sed non in factio legali subsistente, & permanente, & transmissibili; sicut enim equus à Petro. E. g. venditus, & traditus Ioanni, idem est equus apud Ioannem, qui fuit apud Petrum, ita possessio venditoris eadem est apud emptorem, quia possessio est factum legale permanens, & transmissibile, & hæc est subtilitas considerata ab Ulpian. in d. §. *Quæsitum*, factum, inquam, permanens aptitudinaliter, ut nu.

- 604 Inter defunctum autem; & heredem minor erat
 difficultas, quia testator heres, & hereditas vna, &
 eadem persona censentur. *l. Non minus 31. §. fin. ff. de*
 605 *her. inst. ibi: Quia creditum est hereditatem dominum*
 606 *esse, & defuncti locum obtinere, iuncta l. 2. 2. hoc tit. vbi*
ita. Heres, & hereditas tamen si duas appellationes reci-
 607 *piunt vnius persona tamen vice funguntur; ideoque*
 idem factum facilius potest continuari. Inter vendi-
 torem, & emptorem illa identitas personæ conside-
 rari non potest, Quare inter illos difficilior erat con-
 tinuatio, quæ subtili ratione conceditur, quia licet
 608 diversæ sunt personæ, tamen in utroque est idem fa-
 ctum legale sua legali natura transmissibile, ideo
 cōtinuatur in diversis personis vëditoris, & emptoris.
 609 Ex his inferitur vera declaratio ad tex. alias diffici-
 lem in *l. si quis vi. §. vn. ff. de Adq. possess.* vbi Vlpian.
 ponens differentiam inter dominium, & possessionē
 ait illam esse, quod dominium sola voluntate non
 amittitur, possessio autem recedit, statim, ac quisque
 constituit nolle possidere.
- 610 Ratio manifesta, Possessio est factum legale, quod
 animo retinetur, semel dimisso hoc facto ab animo,
 factum fuit amissum, facta autem amissa reproduci
 non possunt *d. l. 12. §. 2. ff. de captiu.* Dominium au-
 tem non est factum, sed ius, quod sola voluntate nō
 amittitur.
- 611 Hoc etiam modo, plusquam viginti ab hinc an-
 nis

nis Salmanticae, auditoribus meis, numero pluribus
 exponebam tex. in *l. si pater filium* 41. ff. de *Adopt.* qui
 pugnare videtur cum prin. *Quib. mod. ius pot. soluit.*
 habet hic Iustin. Morte avi nepotes non liberari à
 potestate patris, si habeant parentem, in cuius pote-
 statem sunt recaluri: Modestinus verò, in *dict. l. 41.*
 Quod si pater filium, ex quo nepos illi est in potesta-
 te, emancipaverit, & postea eum adoptaverit, mor-
 tuo eo, id est, avo, nepos in patris nō recidit potestatē.

Ratio, quia per filij emancipationem perijt agna-
 tio, esse vel non esse agnatum facti est, factum amif-
 sum reproduci non potest. Neque per adoptionem
 postea factam ab avo, amissa agnatio restituitur, sed
 per adoptionem agnatio nova quaeritur, de novo q;
 agnascitur filius adoptatus in familia, Ex quo sequi-
 tur, nepotem esse prius agnatum in familia, quā pa-
 ter ita emancipatus, & postea adoptatus, esse q;
 maiorem nepotem in familia, quam ipsius pater, ita e-
 mancipatus, & postea adoptatus, subintratque regula
§. Minorem inst. de Adopt. Quia licet pater naturaliter
 sit maior; civiliter tamen est minor, & maiore, mi-
 nor non potest habere filium. Dixi esse, vel non esse
 agnatum, esse facti, quia licet agnatio in abstracto
 sit iuris, in concreto tamen facti est.

Hæc, & alia huiusmodi cum non deesset vis in di-
 cendo, & si nō parū auræ popularis mihi pepererūt,
 extorrem tamen, e genū, & eccentricū me effecerunt.

623 Opponebant enim Antagonystæ, & eorum Patroni, Cathedrarum moderatores, apud quos summa rerum: crassa Minerva docendum, ad quod hæc methodus parum apta censebatur.

624 Quibus fortè responderi poterat, & adhuc potest, illud Senecæ vulgatum. *Nunquam enim, tam bene cum rebus humanis actum est, ut optima plurimis placuerint.*

625 Ultimo objicio; Quod in hac materia possessio-
626 nis, nec continuatio, nec continuum, debet, vel potest accipi physicè, prout accipitur à Philosopho loco allegato. Scilicet quod sit continuum, cuius extrema sunt, vnum, sed sumendum pro contiguo, quod est illud cuius extrema sunt simul.

628 Ad probationem adduco Titulum, ff. de divers. temp. præscript. & de accessionibus possessionum. Et primo ex ipso titulo desummo argumentum. Titulus conceptus est. De Accessionibus possessionum. Ergo ex eo, quod possessio accedit possessioni. Inde infertur, quod si possessio accedit possessioni, alia possessio accedit alij possessioni; & quod alicui rei
630 accedit non est idem cum ipsa re cui accedit. Ergo
631 quando possessio accedit possessioni, non potest dici continua possessio, nec continuum factum, sed tantum contiguum cuius extrema sunt simul, non tamen vnum.

632 Secundo pro hac parte produco Africanum, in
l. si

l. si duobus 6. ubi ita : Si eam rem quam tibi vendiderim rursus à te emam, & Titio vendam, & meam omnem, & tuam possessionem Titio accessuram : scilicet & possessionem, quam habebam quando tibi vendidi, & quam tu habuisti, tempore, quo apud te res fuit, & quam habui postquam à te emi. Quæ omnes diversæ sunt possessiones, & omnes Titio accedunt. Ergo non continentur, siquidem vna alteri accedit. 634

Deinde produco tex. in *l. de accessionib.* 14. dic. tit. ubi Scævola ait : Nihil in perpetuum, neque generaliter definire posse de accessionibus possessionum, quia consistunt in sola æquitate. Per quæ verba satis innuit Scævola non dari in possessione physicam continuationem, sed possessionem accedere possessioni, illudque factum non posse dici continuum. 635

Et in §. 1. d. l. 14. ait. Quod accessiones possessionum tribuuntur his, qui in locum aliorum successerunt, siue ex contractu, siue voluntate, heredibus enim, & his, qui successorum loco habentur, datur accessio possessionis. Et §. 3. ait. Itaque si mihi vendideris servum utar accessione tua. Idem habet §. 4. illius legis. Facit *l. Pompon.* 13. §. *Quæsitum*, ff. de adquir. possess. 636

Ex quibus potest inferri non esse inconueniens quod morte testatoris possessio pereat, & postea heres adeundo hereditatem de novo capiat possessionem, & accedat possessio testatoris, possessioni heredis. 637

- 641 Cæterum visum est nobis, & videtur, neque possessionem propriè accedere possessioni, nec factum adhærere facto, nec dari factum contiguum in hac materia, sed necessario continuum.
- 642 Hoc faciliè ostendo exemplo testatoris, & heredis. Nam vt sæpius dixi factum testatoris, vel perijt, vel non perijt. Si perijt, accedere alteri facto non potest, cum iam illud factum testatoris nō sit in rerum natura, & non entis nullæ sunt qualitates. Nec aliqua
- 643 tura, & non entis nullæ sunt qualitates. Nec aliqua
- 644 lex potuit, vel potest illud factum suscitare. Et hoc est quod habetur in *diēt. l. i. §. si vir. ff. de Adq. posses. Quoniam res facti infirmari iure civili non potest.*
- 645 Quod possessio sit amissa facti est. Non potest lex
- 646 civilis facere, quod non sit amissa, & præterita. Hoc dato, est naturæ repugnans quod id, quod non est
- 647 possit accedere alicui enti. Non igitur possessio accedit possessioni, nec diversa est possessio in herede, ac in testatore, quia si periisset possessio testatoris, ea nō posset vti heres, & idem est in venditore, & emp-
- 648 tore. Et quomodo quis vtiatur re iam perempta a facto præterito? sed vtiatur heres possessione testatoris, & emptor venditoris, igitur quia non fuit perempta.
- 649 Nec bene replicabitur, quod etsi testatoris possessio sit perempta, habet tamen heres ius ad illam recuperandam, ideoque adita hereditate capiendo possessionē vt in specie, *l. cum heredes 23. ff. de Adq. posses.*

posses. accedit possessio testatoris possessioni heredis. 650
 Quia respondeo eodem modo: Si perempta
 fuit possessio testatoris heres nullum ius habet, nec
 habere potest ad illam recuperandam, dico illā ean-
 dem numero, quia cum sit perempta recuperari nō
 potest. Habebit igitur heres ius ad novam posses- 651
 sionem capiendam, non vero ad antiquam testato-
 ris recuperandā, & continuandam, propter resisten- 652
 tiam naturæ respuētis facti præteriti reproductionē.
 Ex quo elicio, quod dato, & concessio, prout da- 653
 ri, & concedi debet, quod possessio testatoris conti-
 nuatur cum possessione heredis, necessario possessio
 remansit penes hereditatē, alias continuari nō posset.
 Ad argumentum igitur respondeo: Quod ac- 654
 cessiones de quibus in *dicit. de diuers. tem. præscrip.*
 propriè non accipiuntur de accessionibus posses-
 sionum, possessionibus, sed de accessionibus tem-
 poris, tempori; & quando Iurisperiti dicunt pos- 655
 sessionem accedere possessioni, utuntur verborum 656
 compendio, pro eo, quod, tempus quo possedit
 testator, aut venditor, accedit tempori, quo possedit
 heres, aut venditor, itaque accedit tempus vnus,
 tempori alterius. Eadem ergo possessio testatoris, & 657
 heredis, venditoris, & emptoris, non solum, quia
 factum præteritum reproduci non potest, sed etiam,
 quia factum factō herere non potest, ut supra num. 658
 573. probavi.

Quod

659 Quod verò sit tempus, quod tempori accedit, est manifestū. Et primo id annotavit Gotof. *in ipso Rubro, lit. A.*

660 Secundo idem probo ex Africano ipso *in d. l. 6. §. 1. ibi: Ut scilicet si venditor possessionem postea nactus sit, & hoc ipsum tempus, & quod venditionem præcesserit, & amplius accessio, &c.*

661 Tertio ex eodem Scævola *in d. l. 14. §. 3. ibi: Et si mihi pignori dederis, & ego eandem rem alij pignora-*
 662 *ni, meus creditor vietur accessione sui temporis. Item §. 5. Item si mihi pignori dederis, & conuenerit, nisi pecuniā soluisses licere ex pacto pignus vendere, idque vendiderim, emptori accessio tui temporis dari debet.*

663 Quarto ex Venuleio *in l. 1 §. 1. ff. de t. tit. Acces-*
 664 *sio possessionis sit non solū temporis, quod apud eum fuit,*
 665 *unde is emit, & §. 5. ibi: Procedat hoc tempus emptori, & §. fin. Accessio sine nostro tempore.*

666 Sed obiter nota ex Venuleio *in d. §. 1. Quod si res à pluribus diversis temporibus successivè fuerit vendita, ultimus emptor vietur omnium accessione, nisi medius aliquis ex venditoribus, seu auctoribus non possederit, quia tunc præcedentium auctorum*
 667 *eius, qui non possedit, non proderit possessio poste-*
riori emptori, quia non fuit continuata, coniuncta non fuit. Hoc est, quia perijt.

668 Quinto ex eodem Venuleio *in d. l. 1 §. 4. in fin. & §. ult.*

Sexto ex Paulo in l. fin. ff. d. tit.

Septimo ex l. 31. §. *vacuum tempus*, ff. hoc tit. ubi 670
idem Paulus docet. *Quod vacuum tempus, quod ante*
aditam hereditatem, vel post aditã intercessit ad usucapionem heredi prodest. Vbi Paulus non dixit: *Vacuã* 671
possessionem, quia si est vacua, non est possessio, nec
relatione habita ad id, quod est, ut patet, nec ad id,
quod fuit, cum eo, quod sit præterita, perinde est ad
continuandum, vel accedendum, ac si non fuisset,
fac. l. 14. ff. d. tit.

Ultimo Iustin. in §. *Diutina*, inst. de usucap.: Inter 672
heredem, & testatorem aperte docet continuari pos-
sessionem: & §. *inter venditorem eo tit.* differtè docet, 673
inter venditorem, & emptorem coniungi tempora.

Ex quibus patet diversam, esse, continuationem, 674
& accessionem possessionis. Hæc semper est conti-
nuanda ut procedat usucapio, nec eius verè datur ac-
cessio, illa verò de qua loquuntur I. C. propriè est
temporis temporis.

Sed contra sic arguo. Sicut possessio semel amissa 675
reproduci non potest, ideoque nec continuari, nec
alij accedere, similiter tempus testatoris, aut vendi-
toris, accedere non potest temporis heredis, aut ven-
ditoris, quia tempus semel transactum, iam est præ-
teritum, iam non est, ideoque tempus unius, iam tran- 676
sactum, temporis alterius accedere non potest, ergo
si non est accessio possessionis, possessioni, nec erit

accessio temporis tempori.

677 Quod autem, tempus transactum iam non sit,
nec reproduci possit: ostenditur ex D. Thom. *dict.*

678 *Quodlib. 4. art. 5. & est communis eius Scholæ, ut per
Complutens. de Generat. disp. 13. q. 2. §. 2.*

679 Facit Virgil. 3. Georgic.

Et fugit in terra, fugit irreparabile tempus.

680 Et 10. Æneid.

*Stat sua quæque dies, breue, & irreparabile tempus,
omnibus est vitæ.*

681 Et Auson. Epigram. 13.

Obrrepi non intellecta senectus

Nec renocare potes, quæ periere dies.

682 Et Ovidius 1. Amor.

Labitur occulta, fallitque volatilis ætas,

Et celer amissus labitur annus equis.

683 Idem 3. de Arr. Amand.

Nec, quæ præterijt cursu renouabitur unda

Nec, quæ præterijt hora redire potest.

Vtendum est ætate, cito pede labitur ætas,

Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.

684 Idem 15. Metamorph.

Cuncta fluunt, omnisque vagans firmatur imago

Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu;

Non secus ac flumen; Nec enim consistere flumen

Nec brevis hora potest, sed ut unda impellit unda

Urgetque, eadem veniens, urgetque priorem,

*Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur,
Et nova sunt semper, nā quod fuit ante, relictū est
Fitq; quod haud fuerat, momēt aq; cuncta novātur.*

Sed datur accessio temporis præteriti, tempori 685
præsentis: Ergo accessio possessionis præteritæ, pos-
sessioni præsentis.

Respondeo per accessionem temporis præteriti 686
in materia subiecta, tempus præteritum non repre-
sentatur, nec reproducitur; sed nihilominus accedit
tempus tempori per transnominationem, sive Me-
tonymiam.

Est enim tempus: mensura motus secundum prius 687
& posterius, *Aristot. 4. Physic.* Estque quantitas con-
tinua certo numero partium circumscrip̄ta, per se ap-
ta mensurare motum, seu durationem. Hæc mensu- 688
ra durationis, cuius causa, & ratio est tempus, acce-
dit altera alteri, sumpta, Metonymicè causa pro ef-
fectu. Tempus verò præteritum non reproducitur, 689
non representatur, quia hoc est impossibile. Mensu- 690
ra durationis est, quæ accedit altera alteri.

Vnde argumentum pro nobis facit. Quia tempus 691
præteritum reproduci non potest resistente natura;
cum ergo etiam respuat natura reproductionem fa-
cti præteriti, restitui lege non potest. Possessio verò
amissa factum præteritum est, ergo reproduci non
potest.

Ad argumenta proposita nu. 108. & seq. Resp. Ne- 792
gandō.

gando min. quia in Philosophia Iurifconsultorū nō
omnino extinguitur persona, seu nō fit resolutio vs-
693 que ad materiam primam. Quia in cineribus defun-
cti remanet illa potentialitas, quam diximus, ad re-
tinendam pōssessionem in habitu : quam personæ
vicem obtinere dixerunt I. C.

694 Hinc credo veram rationem petendam, illius mo-
ris animadvertendi in cadavera punitorum, propter
excepta crimina, veluti hæresis, Maiestatis humanæ
læsæ, falsæ monetæ, sodomix, & si quæ sunt alia:
695 ad exterminandam, videlicet, & eradicandam eam
potentialitatem, quæ remansit in materia prima, eo
modo, quo lex potest; nec aliam pleniorē apud
DD. inveni, si alius invenerit, producat in medium,
quia cedere sum paratus.

696 Ad primam confirmationem. Respondeo eodem
modo, quia inter mortem testatoris, & heredis adi-
tionem, est persona hereditatis, quæ pōssessionem
recipit, & servat.

697 Ad secundam confirmationem. Resp. Pōssessio-
nem, sicut vsumfructum in facto consistere, sed di-
versa est natura vnius facti, ac alterius: Vsumfructus est
personalissimum factum, nec transmissibile: Pōsses-
sio autem est factum transmissibile, ideoque à diver-
sis non fit illatio, l. 13. ff. de Minor.

698 Quibus ita constitutis credo hanc legem : *Si is qui
pro emptore; à multis, seu ab omnibus visam inacces-
sibilem,*

sibilem; tractabile, quin & calcabilem esse reddēdā.

Omitto pro nunc, quamplurima corollaria, quæ 699
 tum, in evertendis DD. placitis, Tum, in interpretan-
 dis varijs iuribus, in materia possessionis, vsucapio-
 nis, & specificationis elici possunt, quorum tractatio
 iustum volumen excederet. Præcipuè vera declara-
 tio, & nova potest adaptari *l. 45. Tauri*: circa cuius 700
 intellectum, non parum, nec multum, foeliciter la-
 borat Ant. Gomez, & quotquot eum sunt sequuti,
 vel ab eo recedunt. Eodem modo se involuit Tira- 701
 quel. ad Constitutionem Gallix: *Le mort saisit le vif*.
 Item Cathalauni: ad Constitutionem, *Hac nostra*, 702
tit. Dissolt lo matrimoni.

Verum pro nunc prælum vrget; quare hæc, & 703
 alia non contemnenda in aliud tempus rejicimus, re-
 servato nobis iure, vel scribendi, si nostro labore, Le-
 ctor benigne utatur, vel abstinendi, si ingratus exti-
 terit.

Fortè mihi objicies *l. Mediterranea, Cod. de Annon.* 704
 & *Tribut. lib. 10.* quatenus habet: Nō esse plus in su-
 mendum in re, quam ipsa valeat, & quod plus dis-
 pendij fecerimus in hoc apparatu, quam hæc lex va-
 let.

Sed adverte. An quæstiones à nobis tractatæ. Tū: 705
 de continuatione possessionis inter venditorem, &
 emptorem, Tum: inter defunctum, hereditatem, &
 heredem sint extra legis textū. Et an sumptus à no-
 bis

nobis hucusque facti petierint, sicut in specie dict. l. *Mediterranea*.

706 Equidem credimus; te non posse quaeri sicut questus est, Marcial. *lib. 10. Epigram. 16.* de illo improbo donatore.

*Si donare vocas promittere, nec dare Caij
Vincam te donis, muneribusque meis, &c.*

707 Improbiores tamen, sum expertus, pronos ad donandum, tardos ad solvendum. Nec, ut est in proverbio: *Bos aliquando.* Et fac. Eccles. 32. vers.

Cæterùm vnã legem promissimus, & non vnã, sed fortasse centum accipis, quod in secunda editione, Deo dante, clarius videbis. Nunc ad legem deveniamus.

(:.)



Plautus in Epidico.

Stultus est, qui facta infecta facere verbis postulat.

HANC legem divido in quatuor partes, & ut
clarius percipiatur, literam præ oculis habe.

Prima pars: *Si is, qui pro emptore possidebat, ante
usucapionem ab hostibus captus sit, videndum est, an
heredi eius procedat usucapio? Nam interruptitur
usucapio, & si ipsi reverso non prodest, quemadmodum
heredi eius proderit. Sed verum est, cum in vita sua
desisse possidere: ideoque nec postliminium ei prodest,
ut videatur usucapisse.*

Secunda pars: *Quod si servus eius, qui in hostium
potestate est emerit: in pendenti esse usucapionem, Iu-
lianus ait: nam si dominus reuersus fuerit, intelligi usu-
captum: si ibi decesserit dubitari, an per legem Corne-
liam ad successores eius pertineat?*

Tertia pars: *Marcellus, posse plenius ad fictionem
legis accipi: Quemadmodum enim postliminio reuersus
plus iuris habere potest in his, quæ per se, vel per servum
possidebat, cum ad hostes peruenit?*

Quarta pars: *Nam hereditatem in quibusdam vice
personæ fungi receptum est, ideoque in successoribus lo-
cum [non] habere usucapionem.*

Venio

6 Venio ad primam partem legis. Et certum est: quæstionem ibi propositam à Paulo fuisse: An heredes capti vtantur possessione defuncti habita ante captiuitatem, ad continuandam possessionem, vel perficiendam vsucapionem.

7 Hoc certè negari non potest. Ait enim Paulus: *Videndum est, an heredi captiu procedat vsucapio.* Quod perinde est, ac dicere; An sicut in specie postliminij interruptitur vsucapio, similiter interruptatur in specie legis Corneliæ?

8 Respondet Paulus: *Sed verū est, eum in vita sua desisse possidere.* Vnde concludit. *Ideoque nec postliminium ei prodest, ut videatur vsucæpisse.*

9 Negat igitur Paulus: Legem Corneliam aliquid proficere ad vsucapionem heredi captivi, & summit argumentum à maiori ad minus: Ita: Maior ratio est, quod postliminium profit reverso ad vsucapionem, quā lex Cornelia heredi eius, qui deceffit apud hostes. Sed postliminium non prodest reverso ad vsucapionem. Ergo nec lex Cornelia proderit heredi eius, qui apud hostes deceffit.

10 Hoc argumentum est efficax, & secundum litteram textus, & aliter illum interpretari, est vis manifesta, & contra rationem iuridicam, vt mox ostendam.

11 Sed pro nunc pondera dictionem, *Nec*, qua Paulus vtitur, quæ est relativa ad præcedentia, vt in l. 3. ff. de

ff. de offic. Procons in fin. l. 2. §. 1. eo tit. vbi habetur,
 quod apud legatū Proconsulis nemo manumittere
 potest, Et statim in *d. l. 3.* quod *nec* adoptare potest.

Sensus igitur Pauli in hac legis parte, est; quod ¹²
 non solum lex Cornelia non prodest heredi eius, qui
 apud hostes decessit ad vsucapionem, sed nec post-
 liminium prodest reuerso.

Rationem vtriusque reddit Paulus. *Sed verum est* ¹³
in sua vita desijisse possidere. Id est captus, eo quod ca-
 ptus fuit, verum est in vita sua desijisse possidere. Er-
 go siue revertatur, siue ibi decedat, nec ipsi reuerso,
 neque non reuerso, heredi eius procedit vsucapio.

Ratio est manifesta: Possessio captivi fuit amissa ¹⁴
 captiuitate. Possessio est factum, Amissum factum
 reproduci non potest, *l. in bello, §. facti, ff. de Capti. &*
Postlim. reuers. Ergo siue captivus revertatur, siue nō ¹⁵
 revertatur; possessio ante captiuitatem habita, quæ
 iam non est, non prodest ad vsucapionem.

Quod autem argumentum Pauli procedat de ma- ¹⁶
 iori ad minus; sic ostendo. Postliminium reuerso
 omnia iura restituit, *§. si ab hostibus, Instit. Quib. mod.*
ius pot. sol. Inde quæstio Papiniani in *l. Denique, ff. ex*
quib. caus. mai. atverò lex Cornelia solum testamen-
 tis captivorum factis ante servitutem prospexit. Er- ¹⁷
 go si postliminium restituens omnia iura non pro-
 dest reuerso ad vsucapionem, multo minus lex Cor-
 nelia, quæ tantum testamentis decedentium apud

hostes prospexit; nec de alijs iuribus cogitavit.

18 Clarius, si clarius potest, me expediam solvendo argumentum adversantiū. Dicunt: lex Cornelia fingit; captū non fuisse captum. Fingit decedentē apud hostes, decessisse in Civitate, seu in acie. Fingit hereditatem iacentem. Fingit illā hereditatē adeo potentē, quod reproducat, & restituat possessionē amissā.

19 His fictionibus, & alijs simulationibus, vidi meros Iuristas, absq; aliquo scientiæ naturalis, quin, nec Dialecticæ parvæ principio, attigisse altissimos fines, parvulos scholares seducentes, & retrahentes ab auditione Doctiorum; quia isti seductores iactabant: docendum crassa Minerva. Fingebantq; se domi habere in delicijs aliam Minervam graciliorem, & subtilissimam, ambrosia, & nectare altam, arcana iuris eis suppeditantem. O bone Deus!

20 Postliminium tantum fingit; reverſum non fuisse captum, sed in Civitate semper fuisse; & tamen restituitur ad omnia iura, & non ad possessionem. Hic concurrit lex, & natura simul, id est, postliminium, & persona vera. In illis fictionibus, quatuor mendacia. Lex, & natura non possunt reproducere possessionē quando captus revertitur. Fictio, quomodo sola poterit? Nunquid eo, quod sint quatuor mendacia potentiora sunt, quam veritas?

23 Amplius exemplo me expediam. Pone Seium captum Kalendis Aprilis; & tunc servum habuisse. Pone ser-

servum postredie decessisse. Vtrumq; amissum est, & servus, & possessio. Pone Seium apud hostes decessisse Nonis eiusdem Aprilis. Pone legem Corneliam fugentē illum decessisse in Civitate Kalendis Aprilis priusquam caperetur. Pone ultimam fictionem legis Cornelie inducentis hereditatem.

Nunc rogo: hereditas iacens revocabit servum à mortuis? Dices: Neutiquam. Quia non habet lex vires ad vitam restituendam homini defuncto. Hoc est quod peto. Ergo nec habet vires ad factū præteritū reproducendum, quia nec ad hoc adsunt in natura.

Et hoc est, quod dicitur in *d.l. In bello, §. facti. ff. de Capt. & Postl. reuer. Facti autem cause infecte nulla cōstitutione fieri possunt*. Id est, nulla cōstitutio facere potest, quod illud, quod factū est, factū non fuerit: quod possessio quæ interrupta, & amissa est, interrupta, & amissa non sit. Igitur nec lex Cornelia, nec lex aliqua duplici, aut multiplici cornu cornuta, factum non factū, præteritū non præteritū, amissum non amissū facere potest. Factū præteritū est possessio per captivitatem amissa: ergo non amissam, nō præteritam lex Cornelia facere non potest. Et per consequens illam reproducere non potest. Consisteret enim possessio sine possessione. Vide in apparatu à num. 516.

Considera, quæ fecisti, v.g. heri; quæ iam sunt tracta, iam præterita. Nunquid eadē ipsa numero poteris hodie facere? Nequaquã. Eadē philosophia est in

possessione interrupta, quæ heri fuit præterita, & interrupta, hodie, nec vnquam reproduci potest.

31 Sed notanda sunt verba Melchior. de Valencia *d. traçt. 3. cap. 11. num. 16.* ibi: *Possessionem enim eo tempore, quo ciuis caperetur, amissam fuisse lex Cornelia fatetur, ut reuera fuit, sed amittendi casum ex ciuili in*
 32 *naturalem mortem transformat, atque ita hereditate ex eo tempore inducta, iure singulari rem tradit perficiendam, quod sine possessione vsucapionẽ præstat hereditati.*

33 Difficilia nobis hæc sunt visa, quam adæquatio quadrati rotundo. Fortè vitium erit meæ tarditatis. Sed quod peius est addit Valentia. *Hu igitur difficultatibus explicatus, &c.* Et si hoc est explicare difficultates alij videant. Equidẽ videtur hoc esse implicare, duplicare, & multiplicare difficultates.

35 Primo fatetur Valentia: Legem Corneliam agnoscere, captiuitate fuisse possessionem amissam pro vt reuera fuit. Ergo non potest lex Cornelia reproducere possessionẽ amissam. Consequentia est Tryphonini *in d. l. 12. §. 2.* facta infecta nulla constitutione fieri possunt, quod est verum, iuridicũ, & philosophicum; ergo nec lege Cornelia, nec alia constitutione. Ergo si interrupta fuit vsucapio, lege Cornelia continuari non potest. Facit etiam *l. 1. §. si vir 4. ff. de adquir. possess.*

37 Secundo ait Valentia: Legem Corneliam vsucapionem sine possessione præstare hereditati. Quod si

si verum foret, supra miraculum esset, non aliter quã
constituere compositum substantiale sine substantia, 38
hominem absque anima rationali. Sed hoc abunde
est refutatum in apparatu, præcipuè à num. § 16.

Tota difficultas DD. est illa apprehensio sine fun- 39
damento: quod lex Cornelia plenius accipitur, quã 40
postliminium, nec alia est ratio extollendi hanc dif-
ficultatem, & implicandi, & multiplicandi plures
alias contra iuris, & naturæ regulas. Nam vt est apud
Horat. 5. Epist. 2.

Quo semel imbuta recens servabit odorem

Testa diu.

Multi tenaciter, vt dicitur, iurant in verba magi- 41
stri, & credunt nihil verum quã quod ipsi dixerint,
& sic aliquando multiplicantur errores peiores prio-
re.

Crede quod lex Cornelia de vsucapionibus non 42
cogitavit, nec de hoc vestigium extat in iure civili,
nec apud DD. quos viderim, & solum per argumẽ-
ta extensam fuisse ad similitudinem postliminij. De 43
quo forsitan alias agam latius: quia pro nunc codi-
ces quibus aliquando sum vsus ad manus nõ habeo,
neque facta diligenti inquisitione copiam eorum
adquirere potui, præcipuè librum Vldarici Zasij *Ca-
talog. II. Antiquarum*. Sed memini apud illum, le-
gem, seu leges Cornelias legisse, nec aliquod vesti-
gium vsucapionum materiæ reperijisse.

Accedo

44 Accedo ad secundam partem legis. *Quod si servus eius, qui in hostium potestate est emerit, in pendenti esse usucapionem Iulianus ait. Nam si dominus reuersus fuerit intelligi usucaptum: Si ibi decesserit, dubitari an per legem Corneliam ad successores eius pertineat.*

Hic tractatur an perpetua sit Regula Pauli initio
 45 legis posita, & ab eo probata. Priusquam eam examinemus nota. Quæstionem hic moveri à quibusdam, de quo servo Iulianus loquatur. Sed quæstio
 46 inutilis, cum Iuliani mentem expressam habeamus, apud ipsum Iulianum, & apud Tryphoninum. Et ex hac lege satis colligitur vt postea ostendam, & vide Valentiam *lib. 1. tract. 2. cap. 8.* vbi videbis quæstionum apud Paulum, & alios Iurisconsultos, fuisse de servo peculium habente, & non de alio, & de illo
 47 fuisse in hac lege eandem quæstionem.

48 Nota secundo de servo peculium habente in specie postliminij non fuisse dubitatum, cæterum in specie legis Cornelie dubitasse Iurisconsultos illius ævi ingeniorum feracissimi.

49 Nota tertio: Iulianus, referente Paulo, vnam speciem constituisse, in qua possessio captivi, prodest ei reuerso ad usucapionem, scilicet, quando servus captivi emittit ex causa peculiari, domino in servitute existente, & postea ad suos revertente. In quo parum
 50 fideliter videtur: Paulum retulisse Iuliani sententiã.
 51 Nam si credendum est. Tryphonino in *d. l. In bello.*

12. §. facti 2. ff. de captiv. Simul duplicem speciem tractavit Iulianus.

Prima, de eo servo, qui possidebat tempore quo dominus fuit captus. 52

Secunda fuit, de servo eminenti ex causa peculij, domino in servitute morante; Vnde varietas videtur inter Paulum, & Tryphoninum. 53 54

Cæterū hic scrapulus facilè removeri potest. Paulus enim vsus est compendio implicans casum minus dubium, & explicans magis dubium, quo dato in omisso, & implicato, nulla remanet difficultas. 55

Quod primus casus à Iuliano tractatus sit minus dubius, est manifestum. Nam si à servo ex causa peculij cœpta possessio in captivitate existēte domino, ei reverso prodest ad vsucapionē, multo magis, quā servus habebat domini voluntate quādo captus proponitur: quia facilius retinetur ius quæsitum quam de novo acquiritur, l. Patre furioso, cum siml. ff. de his qui sunt sui: non igitur diminutus est Paulus. 56

Prosequitur Paul⁹ aliā speciē à Iuliano tractatā. De servo captivi peculij nomine emēte, dño apud hostes defuncto. An sicut in prima specie captivus reversus iure postliminij vtiē possessione à servo capta, ita decedēte apud hostes proderit heredi virtute l. Cornel. 57

Sed hic etiam norandum, eodem vitio Tryphoninus laborare videtur, quo laborari videbatur Paulus, sicut enim iste omisit primam speciē à Tryphonino 58

phonino

phonino tractatam ex mente Iuliani in *d. l. 12. §. 2.*
Ita & Tryphoninus secundam speciem hic à Paulo
tractatam ex mente eiusdem Iuliani.

59 Quod ut clarius percipias, animadvertè: Tripli-
cem speciem tractatà à Paulo in hac lege, & à Try-
60 phonino in *d. l. 12. §. 2.* ex mente Iuliani: Prima spe-
cies: de eo, qui tempore captivitatis habebat servū-
per quem possidebat. Hanc speciem omisit Paulus,
eiusque meminit Tryphoninus.

61 Secunda species: de eo cuius servus nomine pe-
culij emit, domino apud hostes capto existente, &
postea reverso. Et hanc speciem uterque tractavit,
Paulus, & Tryphoninus.

62 Tertia species: de eo cuius servus emit, domino
in servitute existente, & postea apud hostes decedē-
te. Hanc tractat hic Paulus, & eam Tryphoninus o-
misit. Verum huic obstaculo facilè occurrès, si ad-
vertas positionem Tryphonini, & eius decidendi ra-
tionem ex mente Iuliani, omnes species complecti.

63 Generaliter enim statuit Tryphoninus: captum;
eorum, quæ per subiectas sibi personas possidebat,
vsuque capiebat, vel si qua postea peculiari nomine
comprehenduntur [Iulianus scribit] credi suo tem-
pore impleri vsucapionē remanentibus iisdem per-
sonis in possessione.

64 Vbi verba, *suo tempore*, non intelligas de ævo Iu-
liani, sed de tempore ad vsucapionem statuta. Ut sit
sen-

sensus. Captus ab hostibus, quæ per subiectas sibi personas possidebat, vsuque capiebat, vel si quæ postea peculiari nomine comprehenduntur, possessa tempore statuto, siue captus reddat, siue non, remanentibus iisdem personis in possessione, utitur ea possessione ad vsucapionem. Itaque nec Paulus, nec Tryphoninus sunt deminuti in referenda sententia Iuliani.

Ratio dubitandi in prima specie. Nam in principio huius legis asserit Paulus servitute vsucapionem interrumpi. Ergo possessio capti amissa fuit: Ergo nihil prodest, quod per servum possideret ad restituendam possessionem, & implendam vsucapionem. 65

Ratio dubitandi in secunda specie. Captus non retinet possessionem quam habebat tempore captivitatis, sed eam amittit ut in prin. huius legis; ergo dum est apud hostes non potest acquirere per servum ex causa peculij novam possessionem. Consequentia probatur ratione qua supra, scilicet facilius retinetur ius quæsitum, quam de novo adquiritur, sed captus amittit per captivitatem possessionem ante habitam, & quæsitam: Ergo existens in captivitate aliam acquirere non potest. 66

Ratio dubitandi in tertia specie, quæ est species legis Cornelie. Etiam dato quod in duplici specie tractata procedat vsucapio, host est, licet reverso proficit postliminium ad vsucapionem in dicta duplici specie, 67

cie, non idem dicendum in specie legis Corneliae, quia lex Cornelia non pertinet ad usucapionem, sed tantum prospexit testamentis captivorum, &c.

68 Sed in d. triplici specie contrarium statuitur à I. C. rationem decidendi postea ostendemus.

69 Sed nota I. C. processisse à casu minus dubio ad casum magis dubium. Primo, in postliminio, & in servo, qui volúate dñi tēpore captivitatis possidebat.

70 Secundo, & magis dubio: quando existente domino in captivitate servus emit ex causa peculiari, & dominus est reversus.

71 Tertio in maximè dubio in specie legis Corneliae. Ut videas, quatenus à sententia Iurisconditorum distent recentiores existimantes; plus iuris tribuere legem Corneliam heredi decedentis apud hostes, quā postliminium domino reverso. Illi dubitabant an tantum valeret lex Cornelia quantum postliminium; Recētiore plus Cornelię deferūt quā postliminio, quia & plus, quā naturæ, & arti. Nesciant Epigrām atographi.

72 Composita inter Paulum, & Tryphoninum varietate, videamus, an remaneat inter ipsos contrarietas. Paulus inquit ita. *Quod si servus eius, qui in hostiū potestate est emerit, in pendentem esse usucapionem Iulianus ait; si ibi decesserit, dubitari: an per legem Corneliam ad successores eius pertineat?*

73 Tryphoninus verò in d. l. 12. §. 2. tractans eandem speciem ex mente Iuliani ita: *Eorum verò, quæ per*

74 *J. b.*

subiectas iuri suo personas possidebat, & suq; capiebat, vel si qua postea peculiari nomine comprehenduntur, Iulianus scribit credi suo tempore impleri usucapionem.

Ecce ubi Paulus ait: dubitare Iulianum in his quæ 75
servus captivi emit, quâdo apud hostes dominus de-
cessit, an prodesset possessio quaesita per servum, ex
causa peculij, heredi ad usucapionem.

Ecce iterum: Tryphoninus indistinctè asserit Iu- 76
lianum credere iisdem personis remanētibus in pos-
sessione prodesse ad usucapionem.

Dubitare, & credere cōtraria sunt, *cap. 1. de Heret.* 77
cum ibi not. ergo contraria asserunt de Iuliano, Pau-
lus, & Tryphoninus.

Sed observa Paulum non asserere Iulianum dubi- 78
tasse in hac specie, sed Iulianum dicere: dubitari. A
quibus dubitabatur non expressit Paulus; sed satis
innuit à Iuliano dubitatum non fuisse. Imo tantum
tribuiffe legi Corneliæ quantum postliminio, ut asse-
rit Tryphoninus. Quod si ostendam, non solum cō- 79
trarij non erunt Paulus, & Tryphoninus, verum ma-
ximè concordēs.

Paulum autem idē sensisse de Iuliano, quod Try- 80
phoninus, sic ostendo ex verbis ipsius Pauli ita ex-
perimentis. *Marcellus: posse plenius ad fictionem legis ac-* 81
cipi. Ecce Marcellus plus deferret legi Corneliæ,
quam Iulianus. Verbum enim, *Plenius*, comparativū
est ad *Plene*, argum. *l. Magis puto de reb. cor. Qui sub rut.*

- 82 Ergo aliquid deferebat Iulianus legi Corneliae ex sententia Pauli. Sed quid deferebat ? Illud certè, quod hic Paulus insinuat, & Tryphonius declarat in *di. Et.* §. 2.
- 83 Cæterùm de hoc non est dubitandum cum sententia Iuliani generaliter omnes species complectès, extet in *l. Bona eorum* 22. §. *quæ peculiari* 3. ff. *de Capti. & Postlim. reuer.* sed ut inquit Paulus amplius deferebat Marcellus legi Corneliae quam Iulianus. Item aiebat Iulianus, in ea specie dubitari referente Paulo,
- 84 sed nō dubitabatur ab ipso Iuliano, sed ab alijs. Et ratio dubitandi esse potuit, quam supra tetigi num. 67.
- 85 Ex quibus iterum, atque iterum nota minus fuisse dubitatum, quo ad vsucapionem inchoandam, vel perficiendam in specie postliminij, quam in specie legis Corneliae. Quando servus ex causa peculij cœpit possessionē in specie postliminij nō dubitabatur.
- 86 Atverò in specie legis Corneliae dubitabatur. Et sic ex hoc capite fulcitur nostra consideratio facta num. 48. & repetita num. 69.
- 87 Venio ad tertiam partem legis, quam in duas subdivido. Prima subdivisi: *Marcellus: posse plenius ad fictionem legis* (Corneliae) *accipi.*
- 88 Ex quibus verbis eliciunt recentiores legem Corneliā pleniorē esse postliminio, & quod heres captivi virtute legis Corneliae indistinctè vitur possessione prius à captivo habita ad perficiendā vsucapio-

tionem; secus autem esse in reverso ab hostibus, virtute postliminij.

Secundam partem, licet præpostere loquar, supponunt certam, & esse Pauli, & probari initio huius legis, non autem primam. Mihi autem hoc non probatur: quia secunda pars magis supponitur à Paulo quam probatur in principio huius legis, nam ut ostendi à num. 6. quæstio principalis Pauli non erat in specie postliminij per illa verba, quæ hoc concludunt: *Videndum est, an heredi eius procedat usucapio.* Non dixit Paulus videndum est, an reverso procedat usucapio?

Reddo ad primam, ex qua in sententia Marcelli elicitur conclusio: *heredi decedentis in servitute, lex Cornelia prodest ad usucapionem.*

Quæ conclusio licet sit Marcelli improbatum hic à glos. Eam tamen sequuntur recentiores, ut videre est apud Valent. lib. 1. tract. 3. cap. 11. Et post eum omnes eius, & Fabri transcriptores, seu expilatores, ut accipi, nam eos videre, nec vacavit, nec libuit.

Ad probationem autem conclusionis supponunt unum falsum, & plura incerta.

Et quidem falsum est, quod ait Valentia loco allegato num. 1. scilicet quod in principio huius textus Paulus deneget reverso ab hostibus continuationem possessionis habitæ ante captivitatem iure postliminij; concedat autem heredi in specie legis Corneliæ.

Et

96 Et quod, ratio decidendi Pauli, ibi: *Sed verum est eum in vita sua desisse possidere*, probet quicquam in specie postliminij, sed rectè in specie legis Corneliæ, quo casu rectè dicitur captum, apud hostes decedentem in sua vita desisse possidere.

97 Dixi nihil probare Paulum in specie postliminij, non quia ratio ab eo allata non probet in postliminio; etenim probat, sed quia magis supponit, quam probet postliminium non prodesse ad vsucapionem. Et quæstio Pauli nō est in specie postliminij, sed in specie legis Corneliæ vide *num. 89. cum duob. seq.*

98 Ut autem probet Paulus, nec legē Corneliā prodesse, arguit à maiori ad minus: *Ideoque nec postliminium ei prodest, ut videatur vsucapisse.* Ut sit sensus:

99 Quia verū est captum in vita sua desisse possidere, ideo nec postliminium ei prodest ad vsucapionem, & tunc necessatio subintelligitur ea sequela. Ergo multo minus proderit heredi lex Cornelia.

100 Pōderat iterum rationem Pauli: *Sed verum est eum in vita sua desisse possidere.* Captus statim, ac amittit libertatem; amittit dominium, & possessionem. Sive revertatur, sive non; verum est in vita sua desisse possidere. Ex hac ratione infert Paulus: Quod postliminium, reverso non potest, sed eadem ratio militet in decedente apud hostes: ergo idem ius statui debet, *leg. illud, ff. ad leg. Aquil.*

102 Quod autem eadem ratio militet in specie legis
Cor-

Corneliæ, quæ in specie postliminij est manifestum. Pone Titium, & Seium eadem hora captos. Pone Titium reuersum, & Seium apud hostes decedentem. Verum est vtrumq; in vita sua desisse possidere; ergo verum est, quod vtriusque possessio perijt. Sed ratio cur non profit reuerso postliminium est, quod reuersus in vita sua desijt possidere: Ergo cum eadẽ ratio militet in specie legis Corneliæ, non proderit heredi Seij lex Cornelia ad vsucapionẽ. Et per consequens, primum suppositum est falsum.

Quod autẽ plura supponantur incerta demonstro. Ait Valentia d. loco. Sed illud, quod in secũda legis parte in vers. Quod si seruus, Paulus proponit: dissentientes habuit Iulianum, & Marcellum. Nam si non ipse, qui captus est ab hostibus possedisset, sed post eius captiuitatẽ seruus peculij nomine rem possidere cœpit. Iulianus existimabat reuerso domino vsucapionem prodesse. Defuncto autem eo in captiuitate ad successores eius dum dubitabat, negare videbatur. Ecce vnum incertum. Nam sicut ostendi supra num. 80. Tum ex sententia Pauli; Tum Tryphonini; Tum eiusdem Iuliani, de hoc à Iuliano dubitatum non fuit, sed ab alijs.

Prosequitur Valentia. Verum enimvero, utramque Iuliani sententiam Marcellus reprehendens, scribit, maiorem esse dubitandi rationem in postliminio, in quo vsucapionem, sine hesitatione concessit, quã in lege Cornelia, in qua fortior urgebat affirmãdi causa. Vnde concludit,

in successoribus locum habere usucapionem.

- 108 Ecce duo incerta. Et primum, quod fortior sit ratio legis Corneliae, quam posthuminij ad usucapionem. Quod mihi, non solum incertum, sed etiam fallum per supradicta.
- 109 Secundum incertum: Quod existimat Valentia illa verba, *in successoribus locum habere usucapionem*, esse Marcelli, vel saltem Pauli probantis sententiam Marcelli.
- 110 Tertium incertum. Quod, adhuc non constat satis, an illa verba accipi debeant affirmativè, ut accipit Valentia, an verò negativè: ita. *In successoribus locum non habere usucapionem.*
- 111 Quartum incertum. Quod adhuc non constat pro quo faciat ratio posita in ultimo legis versiculo: *Nā hereditatem, &c.* Valentia enim, & sequaces credunt, facere pro Marcello. Nos autem contra. Facereque pro Paulo, & Iuliano contra Marcellum, ut suo loco.
- 112 Sed videamus quomodo DD. probent conclusionem ex mente Marcelli elicitam, & ab ipsis probatam. Scilicet quod lex Cornelia indistinctè profit heredi ad usucapionem. Producent pro hac conclusione Paulum in *l. cum miles* 30. ff. *ex quib. caus. mai.* Eundem Paulum in *l. Numquam* 31. §. *vacuum*, Neratium in *l. captam* 40. Papinianum in *l. iusto errore*, §. *Nondum*, ff. *hoc tit. de usurp. & usucap.* Vlpianum

in l. Pomponius 13. §. Quasitum, ff. de acquir. possess. Item Paulum *in l. Pro emptore, §. etiam heredi,* & Pomponium *in l. Qui cum pro herede, §. fin. ff. Pro empt.*

Quæ omnia ad intentum nihil conducunt, nec 113
probant: nec in omnibus his legibus, nec in earum aliqua, verbum habetur ad hoc aliquid conferens.

Etenim fatente Valentia loco allegato nu. 20. verum est, quod dixit Bartol. in hac lege num. 18. Iure singulari receptum est, ut hereditas, quæ per legem duodecim tabularum constituitur, usucapionē possit continuare, & implere. 114

Licet Valentia consequentiam Bart. neget, ibi: 115
Idcirco, non esse trahendum ad consequentias, nec ad fictam hereditatem, quæ per legem Corneliam inducitur producendum.

Quod non debebat negare Valent. Sed advertere, 116
quod leges ab eo citatæ procedunt in hereditate à lege duodecim tabularum inducta; & examinare amplius, an possint trahi ad hereditatem per legem Corneliam introductam, quæ post leges duodecim tabularum fuit lata, ut tradit Viglius *in §. eius, qui apud hostes. Inst. Quib. non est perm. fac. test.* ubi ex Mario Salomonio refert sequentia, quæ hic transcribere libuit, quia pro nunc pinguius testimonium deest: *Lex Cornelia ab aliquo Scipione fuit lata. Nam et Scipionum gens, Cornelia dicebatur. Et Marius Salomonius tradit: primo bello Punico hanc fuisse latam, idque esse*

verisimile, cum eo bello quindecim millia Romanorum una cum Imperatore Atilio Regulo, in Pœnorum manus venerint. Dissuasit autem permutationem Regulus. Itaque multi Romani apud hostes mortui fuerunt. Quorum honori, & testamentis hac lege subuentum fuit, ut quasi in acie ceciissent, sic mortui fingerentur.

118 Ecce ad quid fuerit inducta lex Cornelia. Quare ad usufruptionem non pertinebat, nec ad aliud, quam ut testamenta decedentium apud hostes, seruari-
 tur unde minus rectè inducuntur leges allegatæ supra num. 112. ad probandum intentum aduersantiû, cum aliud sit in lege duodecim tabularum, iuxta cuius dispositionem loquuti sunt I. C. in dictis locis, aliud in lege Cornelia.

119 Itaque videndum restabat. An idem, quod procedit in hereditate inducta à lege duodecim tabularû, obtinere posset in hereditate inducta à lege Cornelia, siquidem alia est hereditas, inducta à lege duodecim tabularû, alia inducta à lege Cornelia. Quod patet. Nam lege duodecim tabularum rumpebantur testamenta civium Romanorum, per captivitatem supervenientem, sicque heredes ex testamento captivi habere non poterant, neque hereditas excogitari poterat saltem, à tempore captivitatis usque ad tempus mortis.

121 Inde reor fluxisse morem donandi causa mortis. Nam profecturi ad bellum, cum viderent, si decederent

derent apud hostes in servitute, testamenta sua non
 valitura; ne contra voluntatem eorum venientes ab
 intestato succederent, donabāt causa mortis eis, quos
 volebant frui suis bonis. Quod suadere videntur ver-
 sus adducti à Iust. in §. 1. *Instit. de Donat.* Et si aucto- 122
 rem ad manus non habeo meam coniecturam pro-
 bantem; ipsa tamen satis se prodit.

Igitur alia est hereditas inducta à lege Cornelia, 123
 cum sit contra legem duodecim tabularum, quod
 is qui servus verè mortuus est habeat heredem ex
 testamento, intratque regula *l. In cause 13. ff. de min.*
 Quod à diversis non fit illatio. Nec rectè infertur 124
 lege duodecim tabularum possessio defuncti conti-
 nuatur cum possessione heredis, & completur vsu-
 capio etiam iacente hereditate; ergo idem in here-
 ditate inducta lege Cornelia. Quia diversa est here-
 ditas vnius, & alterius.

Et hæc diversitas non est in verbis, sed in re. 125
 Nam in specie legis duodecim tabularum, vt pro-
 bavi in Apparatu, semper est possessio, primo apud
 testatorem: In mortis instanti retinet eam heredi-
 tas; per aditionem capit eam heres: Itaque im-
 plecto tempore vsucapionis, sive sit possessio pe-
 nès hereditatem, sive penès heredem impletur vsu-
 capio.

Secus accidit, in specie legis Cornelia. Nam sta- 126
 tim ac civis amittit libertatem, perdit possessionem,

nec est persona vera, neq; ficta cui adhaereat possessio, & sic extinguitur possessio, & verum est captum in sua vita desisse possidere, & eius possessionem perisse.

127 Igitur, ut bene animadvertit Bart. lex duodecim tabularum, non est trahenda in consequentiam ad legem Corneliam, nec leges, quæ adducuntur à DD. d. num. 112. quæ loquuntur in terminis legis duodecim tabularum possunt trahi in consequentiam ad legem Corneliam.

128 Discussa qua utuntur auctoritate recentiores videamus rationem, qua suam probant conclusionem. Non aliam adducunt, illa: Quod lex Cornelia fingit captum non fuisse captum, mortuum apud hostes, mortuum in Civitate, aut in acie, hereditatem iacentem statim, & illam fingunt adeo potentem, ut reproducat idem numero factum iam amissum, eandem, scilicet, possessionem per captivitatem amissam, & in ea conservari possessionem, seu usucapionem.

129 Quæ ratio quanti facienda sit, ex dictis colligitur, nec est, cur in morem in ea revincenda, sed vno verbo responderi potest. Fingit lex Cornelia hereditatem eo modo quo lex duodecim tabularum, nego. Diverso modo, concedo. Ergo si lege duodecim tabularum conservatur usucapio in hereditate, conservatur per legem Corneliam in hereditate ab ea inducta; nego consequentiam per dicta hic, & in Apparatu

paratu huius legis.

Videamus nunc, quo pacto suam sententiam nius est probare Marcellus, qui de his mendacijs ab interpretibus excogitatis, non cogitavit. 130

Paulus ex Marcelli sententia inquit. *Quemadmodum enim postliminio reuersus plus iuris: Nota verbū [Plus iuris] habere potest in his, quæ serui egerunt, quam his, quæ per se, vel per seruum possidebat cum ad hostes peruenit?* 131

Verba sunt Marcelli interrogantis, & subinterrogationem indicant. Eorum sensus, hic est. Postliminio reuersus, non potest habere plus iuris in his, quæ serui egerunt, quam his, quæ per se, vel per seruum possidebat cum ad hostes peruenit. 132

Hoc est fundamentum Marcelli ad astruendam suam sententiam in specie legis Cornelix contra Iulianum. 133

Ex eodem fundamento emerfit dubitatio, de qua Papinianus *in d.l. Denique, ff. ex quib. caus. mai.*

Plane si bona fide res agatur, dubium nemini esse debet: Marcellum in ea fuisse sententia, vt crederet postliminium indistinctè profuisse ad vsucapionem. 134

Inquit enim manifestè. Non reperiri differentiã inter illam speciem, quando seruus ex causa peculij, domino existente in seruitute emit, & inter illam, & illam, quando possidebat dominus per semetipsum, vel per seruum, tempore quo ad hostes peruenit. 135

Atque-

136 Arguebat itaque Marcellus. Dominus in quolibet casu idem ius habet sive per se, sive per servos possideret, tempore, quo ad hostium potestatem pervenit. Sed reverso restituantur omnia iura virtute postliminij: Ergo si quando per servos possidebat continuatur possessio, & impletur usucapio, etiam quando per se possidebat. Et à postliminio arguit ad legem Corneliam.

138 Respondet Papinianus *in d.l. Denique*. Quod possessio plurimum facti habet. Non igitur negavit Papinianus omnia iura restitui reverso in qualibet specie, sed negavit restitui possessionem. Rectè: quia possessio non est ius, sed factum. Et licet plurimum à iure mutuetur, *l. 49 ff. de acquir. posses.* tamen plurimum facti habet, *dict. l. Denique*. Retinet enim naturam facti; & non sequitur, quod reversus restituatur ad iura, ut etiam restituatur ad facta.

141 Ex illo fundamento falso, quod in omni casu recuperabat usucapionem reversus, potestate postliminij; arguebat Marcellus ad legem Corneliam; plenius accipiendo illam, quam Iulianus. Et argumentum ira procedebat.

142 Postliminium prodest reverso ad usucapionem indifferenter, sive ipse possedisset tempore captivitatibus per semetipsum, sive per servos. Ergo indifferenter debet prodesse lex Cornelia heredi decedentis apud hostes.

Equidem, re benè perpensa, nemo inficias ibit 143
 hanc fuisse mentem Marcelli. Alias enim, si apud
 Marcellum diversum ius esset in postliminio, ac in
 lege Cornelia. Quomodo procederet argumentum
 Marcelli? Quis sibi persuadebit: insignem Iuricon-
 sultum à diversis illaturum? Quis non videt indig- 144
 nam Marcello illationem? Non prodest postliminiū
 reverso ad vscapiōnem; ergo prodest lex Corne-
 lia heredi decedentis apud hostes? Credo hæc rema-
 nere satis elucidata, sed spero ex dicendis, magis elu-
 cidanda.

Accedo ad vltimam textus partem; in qua mi- 145
 rum est quantum variant Interpretes: Tum, circa
 rationem decidendi, quæ in hac parte habetur: vo-
 lentes alij esse Pauli pro Marcello contra Iulianum;
 Alij esse eiusdem Marcelli pro sua sententia; Alij 146
 esse Pauli pro Iuliano: Tum, in lectura huius pe-
 riodi: an sententia illius sit concipienda affirmati-
 vè, an verò negativè; ac si fuissent hic opes Græ-
 ciæ.

Ex quorum placitis nihil certius elicitor, quam 147
 Interpretes, quos viderim, mentem huius legis non
 attigisse, cum si obrinuissent verum sensum, vidis-
 sent parum referre quoquomodo legatur.

Dico ergo resolutè, illa verba vltimæ periodi ef- 148
 se Pauli pro seipso, & pro Iuliano contra Marcellū.
 Et si ostendam rationem in hac periodo contentam
 favere

favere, & Paulo, & Iuliano, adversariusque Marcello, actum est de bello.

149 Paulus ait. *Nam hereditatem in quibusdam vice persona fungi receptum est.* Quibus verbis totum hoc innuit. Nihil potest possideri nisi à persona, hereditas in quibusdam personæ vice fungitur, in postliminio quando captus non possidebat per servos nō est
150 persona quæ possessionem conservet. Eodem modo in lege Cornelia, & concludit secundum vulgarem lectionem, *ideoque in successoribus locum non habere usucapionem.* Scilicet in successoribus, de quibus disputabat ibi Marcellus, qui succedebant decedenti apud hostes, qui tempore captivitatis per se solum possidebat.

151 Tunc sic infert Paulus, seu ex eius mente debet inferri. Quando captus per servos possidebat, erat persona, scilicet servi, qui retineret possessionem, sicut retinet hereditas, ideo in hac specie, tam reverso, quā heredi decedentis apud hostes prodest, & postliminium, & lex Cornelia. Secus quando tempore captivitatis per se solum possidebat. Quia tunc non est persona, quæ possessionem, seu usucapionem conservet: & possessio nō potest esse sine persona. Qui sensus ni turpiter fallor, planissimus, & verissimus est, & lectioni negativæ magis genuinus.

152 Ex quo videbis rationem hic allatam pro Paulo facere, quatenus in principio huius legis regulariter
affir-

affirmavit, nec reverso, nec heredi decedentis apud
 hostes prodesse, aut postliminium, aut lex Cornelia.
 Item facere etiam pro Iuliano in eius positionibus, 153
 quando captus per servum possidebat, vel servus ad-
 quisivit peculiariter: quia persona servi conservat
 possessionem, tam domino revertenti, quàm heredi 154
 eius qui apud hostes decessit. Adversariusque Marcel-
 lo, quatenus probat, regulariter, nec ratione postli-
 minij, nec legis Corneliæ locū esse vsucapioni quan-
 do deest persona, quæ retineat possessionem tempo-
 re captivitatis, sicut hereditas, quæ in quibusdam vi-
 cem personæ obtinet, possessionem testatoris reci-
 pit, & eam conservat.

Supereft nunc ostendere, quod supra num. 147. 155
 dixi nihil referre an hæc periodus affirmativè lega-
 tur, vel negativè. De negativa lectione satis remanet
 expensum, sed quia affirmativa asseritur à doctissi-
 mis, ut constat ex *Valentia d. lib. 1. tract. 3. cap. 10. nu.*
 2. & Cuiac. in hac lege, ostendamus, quomodo su-
 stineri possit.

Et quidem, meo videri facillimè salvari potest le- 156
 ctio affirmativa, eius sententia à me explicata, in suo
 verò sensu manente: ut sit sensus; Possessio est fa-
 ctum. Factum personam petit. In hereditate est per-
 sona, in duobus casibus à Iuliano tractatis, etiam est
 persona, quæ sustineat possessionem, scilicet servus;
 in his successoribus, de quibus tractat Iulianus lo-

cum habet vsucapio.

157 Remanet igitur, quod, legatur quoquomodo illa periodus, siue affirmativè, siue negativè, semper reddi sententiam veram pro Paulo, & Iuliano contra Marcellum.

158 Sed contra objici potest: Falsam esse hanc rationem decidendi, quia licet verum sit, quod hereditas habet in quibusdam vicem personæ, servus tamen eam non habet, per dicta in Apparatu numero 431. Ergo ratio vsucapiendi in casibus à Iuliano tractatis non est ea, quod sit persona servi, quæ conservet possessionem, sed vis, & potestas legis Corneliæ.

159 Antequam respondeam, ut clarius procedam, re-
160 vincam hoc argumentum instantia inevitabili. In specie postliminij possessio habita à servo voluntate domini, tempore quo fuit dominus captus, & quam postea servus peculiariter quæsit, prodest reverso domino ad vsucapionem, & hoc non alia ratione, quam quod servi retinent possessionem. Sed valet argumentum à postliminio ad legem Corneliam, & eo usus est Marcellus in hac lege: ergo eadem ratio quæ in dictis casibus tribuit postliminio vsucapionem, tribuit etiam legi Corneliæ.

161 Nunc ad argumentum resp. Status servorum iure Civili est annihilatus, iure enim naturali omnes æquales sumus, *l. Quod attinet 32. ff. de reg. iur.* Anihilatus

hilatus est iure Civili fervorum status, sed non per omnia. Nam in quibusdam receptum fuit à Prudētibz utilitatis gratia, quod personam haberent, vt in quærenda, & retinenda possessione, stipulationibus, & alijs, non sibi, sed domino, Osuald. 12. *com.* 22. *lit. A.*

Cæterum, vt verū loquar, quando incidi in hunc 162
textum, quod accidit cum libarem Iurisprudentiæ rudimenta, relicto Sacræ Theologiæ studio, eo quod mei tenuitas ingenij in profundis illius scientiæ quæstionibus pedem figere non poterat; nunquam dubitavi statuendum idem ius, nec amplius in Cornelia, quam in postliminio.

Tamen illi difficultati aliquando hæsi: Cur scilicet 163
lex duodecim tabularum providit possessioni paganorum inducendo hereditatem, quæ eam sustineret? non verò possessioni militum captorum, in præmium optimæ operæ in rempublicam navatæ?

Eadem quæstio exagitur, dato quod verum sit 164
legem Corneliam vberiore esse in hac materia, quam postliminium, cur lex Cornelia heredi profuit, nec aliqua lex reverso, qui maiore favore dignus, non prospexit?

Prima difficultati responderi posset ex doctrina 165
Pauli in *l. Postliminio* 17. *ff. de Capt. & Postl.* ibi postliminio carent, qui armis victi hostibus se dederunt. Inde Sueton. in Vespas: *Tam severe disciplina fuisse* 166

traditur, ut militem ab hostibus captum, qui solutis vinculis ad castra refugerat, ultra militare non se verit, nec illi arma tradiderit, quod viuis se ab hostibus capi permisisset.

167 Et Marcellus in l. 2. vers. Non idem, ff. dict. cit. Non idem in armis iuris est, quippè, nec sine flagitio amittuntur, arma enim postliminio reuerti negatur, quod turpiter amittantur. De quo videndus idem Valentia lib. 1. tract. 3. cap. 6. D. Ioannes de Solorzano, qua solet venustate, in discursu contra Nauarchum D. Ioan. de Benauides, & Dinioratum, seu Halmyrarchon D. Ioan. de Leoz, super desertione nauium indicarum, à num. 112.

168 Hæc ratio, plena licet bellicæ fortitudinis, & gloriæ militaris, parum concludit: quia, ut notum est, captiuitas non solum accidebat militibus, verum etiã paganis, neque in omnibus denegabatur militibus postliminium, ut ex dictis legibus constat.

169 Cum pluries proposuissem hanc quæstionem iuris candidatis, respondebant: In causa esse, quod frequentius exigebat bonum publicum hoc ius statui in paganis decedentibus in civitate, quam in militibus, quia frequentius accidebat in illis decedere possessorem, nō impleta vsucapione. Vnde succedebat Reg.

170 Nã ad ea, ff. de ll. & S. C. vbi habetur, quod ad ea quæ frequentius accidunt iura adaptantur, & allegabant pro se quemdam Doctorem mei temporis magni nominis.

Ad secundam quæstionem adaptabant idem responsum, & frequentius accidere, captos decedere apud hostes, quam reverti, ideo heredibus decedentium apud hostes prospectum à lege fuisse, non verò reversis. 171

Ego verò nunquam huic rationi magno plausu exceptæ assensum præbui. Imò crassissima Minerva excogitaram, nec ad Cleantis lucernam elucubrata iudicavi. Etenim ea lege *Nam ad ea*, non probatur. Quia illa lex loquitur de per raro eveniētibus. Quod autem Romani decederent in captivitate, aut revertentur, non eveniebant per raro. Quod negare nō potest, nisi Historiarum omnino ignarus; cum apud Historicos frequenter fiat mentio cladum à Romanis perpeffarum, Tum in Tribus bellis punicis, Tum in Mitridaticis, Parthicis, Hispanicis, Sarmaticis, Germanicis, Gallicis, Anglicis, & alijs; gustarūt enim Romani rerum viciffitudines. Et credibile est pluries plures fuisse captos, aliquos decessisse in servitute, alios fuisse reversos, provt nunc fieri videmus, & de reversis ab Argelio proferre possem non pauca exempla admiranda, quæ habui ex confessione aliquorum, qui se Mauros quandoque fugentes, aliquando Turcas, fugientes ab Argelio, peragrarunt Barbariam, Marmaticam, Ægyptum, Siriam, Affiā minorem, Traciam, Moldaviam, Poloniam, Hungariam, Germaniam, Italiam, & sponte Palmæ Ba- 172
173
174
lea-

learium coram me comparuerunt, fatentes fidem catholicam fiste Argelij abnegasse, vt facilius possent quærere libertatem.

175 Deinde illud verbum, *per raro*, positum in *d. l. nam ad ea*, denotat incogitata, & sic illud accipit glos. ibi, ponens exemplum in Lazaro resuscitato.

176 De possessione autem captivorum non fuit incogitatum à Romanis legislatoribus, siquidem egerunt de modis illam servandi, tam in specie postliminij, quàm legis Corneliæ, & casu quo captus perservuos non possedisset, vt in specie huius legis, non invenerunt rationem sustinendæ possessionis, nec in specie postliminij, nec legis Corneliæ, vt manet probatum. Quare alia ratio quærenda est.

177 Puto ergo dicendum: nulla iuridica ratione potuit captivorum possessio servari. Ideoque lex non providit captivorum vsucapionibus sicut paganorum; quia ad servandam possessionem decedentium in civitate nullum aliud fundamentum est à lege adinventum, quam illa persona ficta, hereditas appellata. Hæc autem persona ficta captivis adaptari non potuit. Hoc probò, quia hereditas viventis dari non potest, *leg. i. ff. de hered. vend. ac captivi verè vivebant; igitur hereditas illis adaptari non potuit.*

178 Sed adhuc, peto principium cur in captivis non potest dari hereditas, quæ illos representet tanquam
de-

defunctos, cum lex servos pro mortuis habeat, *l. servitutum*, ff. de R. I. 135
179

Respondeo : legem servos non habere pro mortuis, sed pro nullis, *l. quod attinet* 32. ff. eo tit. nullus autem representari non potest.

Nec obstat *d. l. servitutum*, quia lex non comparat servitutē per omnia mortalitati, imò addit, quod *ferè* servitus comparatur mortalitati, & verbum *ferè* improprietatem denotat. Non ergo eos habet pro mortuis, sed pro nullis. 180

Ex qua ratione cessat difficultas. Nam hereditas representat personam defuncti, qui tempore mortis erat aliquis, personam vero servi non potest representare, quia captivitate fuit nullus. 181

Hæc ratio cum ista scriberem, fortè fortuna se se obtulit, nimisque sophistica videtur, licet non inepta. Accipe aliā, quā pluribus ab hinc diebus excogitatā. 182

Testator facit heredem, & ut continuetur possessio, fingit lex hereditatem, at servus heredem non potuit facere cum non haberet testamenti factionē, *l. eius qui* 8. ff. *Qui test. fac. poss.* ideoque, ex testamento non poterat captivus habere heredem, nec hereditatem captivum representantem. 183

Ab intestato eodem modo non potuit habere hereditatē tempore quo apud hostes agebat, cum postliminium illam fingere non posset, cum esset incertum an captus esset reversurus. 184

- 185 Similiter, nec lex Cornelia, quia erat etiam incertum, an captus decederet apud hostes, ideo iura quæ possunt esse in incerto, & absque persona, servantur à lege, & potestate postlimini sunt in pendentibus, & in incerto, §. *si ab hostibus*, *Instit. Quib. mod. ius pot. solu.* possessio verò non potuit servari in incerto, cum personam requirat, ideoque rei natura resistente non potuit à lege captivorum possessio conservari, sicut paganorum.
- 186 Instari adhuc potest: Cur lex non potuit fingere hereditatem, quæ retineret possessionem captivi, si ve revertatur, si ve non: sicut fingit illam hereditatē, quæ retinet possessionem testatoris? Et quæ sit ratio formalis respuendi hanc fictionem?
- 187 Respondeo, quod lex non fingit sine fundamento in re, ut dicunt Dialectici. Hereditas testatoris, dicitur illa potentialitas, quæ remanet in cineribus defuncti, & hæc potentialitas non est in rerum natura dum homo vivit; tex. expressus *in l. 1. ff. de her. vel act. vend.* Igitur illam potentialitatem, quæ remanet in cineribus defuncti, dicit lex habere vicem personæ, & sic habet fundamentum fingendi esse personam, ubi est potentialitas personæ; in servo non est hæc potentialitas, sicut nec in ingenuo, quia uterque vivit. Ideo in servo non fingit, quia non habet fundamentum in re.
- 189 Ex quo declaratur *d. l. i.* quod ad primam eius partem

tem, & l. 1. ff. pro hered. quæ est eiusdem Pomponij, & habet eandem sententiam.

Sed illius legis 1. ff. de hered. & c. pars secunda red- 190
ditur difficilis propter DD. emmendationes. Inquit
Pomponius. Si hereditas venierit eius, qui vivit, aut
nullus est. Legit Haloan. aut nullius sit. Gothofred.
legit: aut quæ nulla sit. Vterque vitiosè.

Sententia Pomponij est. Non datur hereditas eius, 191
qui vivit, aut eius, qui nullus est. Hoc est. Servi, qui
nullus est, l. 32. ff. de reg. iur.

Ratio dubitandi: Mortui datur hereditas: servus 192
pro mortuo habetur, l. servitutem, ff. de reg. iur. Er-
go servi datur hereditas.

Ratio decidendi: servus vivit, nec habetur pro 193
mortuo, sed pro nullo, d. l. 32. ff. de reg. iur. quare il-
la potentialitas, quæ remanet inter defuncti cineres,
& vocatur hereditas, non potest esse servi, qui nullus
est, quia etsi nullus sit quoad ius civile, quoad rei ve-
ritatem vivit: ideoque dum vivit illa potentialitas
non est in rerum natura, non aliter servi, quam in-
genui. Ex quo elucidatur ratio respuendi hanc fi-
ctionem hereditatis servi, quæ retineat possessionem
dum servus est in hostium potestate, scilicet: quia
interim servus vivit.

Quin, quod adhuc tentari poterat, hic adesse plus 194
veritatis, quam fictionis. Neque enim invenio ali-
quem textum vbi hereditas dicatur fictio. Sed de

hoc fortè aliàs dicam.

195 His verò, quæ de servo, tempore captivitatis domini eius voluntate possidente, vel ex causa peculij possessionem capiente statuunt I. C. in hac lege *si is qui pro emptore*. Videtur ipse Paulus contrarius in *l. neque servus* 1. ff. *hoc tit.* quatenus habet, quod neque servus, neque per servum dominus, qui apud hostes est possidet.

196 Sed hoc leve videtur. Docet enim Paulus: regulariter dominum existentem apud hostes per servum non possidere, à qua regula excipit idem Paulus in hac lege, *si is qui pro emptore*, servos qui domini voluntate possidēt, ut in exemplis eius qui domini voluntate possidebat, quando fuit captus dominus; & eius, qui post captivitatem domini ex causa peculij cœpit possessionem: extra hos casus stat regula, quia domino ignoranti servus possessionem non quatit, *l. Peregrè* 44. §. 1. ff. *de acquir. possess.* Quia possessio est facti, & animi, quem ex persona domini servus habet, ex se autem servus, cum iure civili pro nullo habeatur, non creditur animum habere.

198 Sed tunc sic argues; Dominus in captivitate constitutus, sicut servus eius, qui remansit in possessione, vel eam cœpit ex causa peculiari animum non habent, cum neuter habeant personam; ergo neuter possidere potest.

199 Respondeo: applicando doctrinam, quæ circumfertur

fertur de voluntate defuncti ad transferendum in heredem hereditatem, seu dominium bonorum: quæ attento summo iure non poterat vires habere, 200 siquidem voluntas, & potestas testatoris naturaliter morte extinguuntur, sicque non poterat hæres capere hereditatem, quia ad hoc ut quis naturaliter dominus efficiatur, requiritur tempore acquisitionis dominij potestas, & voluntas tradentis, quæ naturaliter extincta erat morte testatoris, & sic heres non poterat capere dominium bonorum à testatore, cuius voluntas, & potestas morte expiraverat. Cui in- 201 commodo occursum est à lege conservando illam potestatem, & voluntatem ultra mortem testatoris, usque dum heres adeat: explicat Anton. Fab. in *Papinian. tit. 2. Princ. 4. illat. 1.* Sic in proposito: voluntas captivi conservatur in servo, qui voluntate domini possidebat tempore captivitatis, & in eo qui peculium habebat: cumque ad hoc servus habeat personam, ut supra dicebam, procedit quod retineat, & quærat possessionem.

Denique opponi potest *text. in l. fin. §. fin. ff. hoc tit.* vbi Papinian. ait. Quod si servus hereditarius peculij nomine post domini mortem cœpit rem tenere, usucapionis primordium erit tempus hereditatis aditæ. 203

Ex quo textu contra nostram legem infertur, quod 204 servus hereditarius rem acquirens ex causa peculij

non incipit vsucapionem statim, ac rem cœpit, sed vsque dum heres adit; ergo similiter dicendum videbatur in nostro *text.* scilicet, quod seruo captivi emente ex causa peculiij non statim tribueret domino reverso, vel heredi decedentis apud hostes causã vsucapiendi, sed quod primordium vsucapionis esse deberet, vel quando reverteretur dominus, vel heres decedentis apud hostes adiret hereditatem, cuius contrarium probat noster *text.*

205 Valentinia *lib. 1. tract. 3. cap. 4. à nu. 3. ad 10.* tractat hanc difficultatem, & eam extollit, & in summa relicta *glos. & Bart.* declaratione resolvit, ibi: Papinianum loqui de seruo rem quaerente ex causa verè peculiari, nam verba illa, *peculij nomine*, id evincunt, per iura quæ ad hoc probandum allegat.

206 Quod verò servus emens ex causa peculiari non statim præstet domino, seu heredi futuro causam vsucapiendi, sed quod primordium vsucapionis sit tempus aditæ hereditatis, ait procedere iure cõmuni, quod verò in nostra lege, & in *l. 1. §. Item adquisimus, vers. Igitur, ff. de acquir. possess. & in l. si postliminio 29. ff. de Capt. & Postlim.* habetur, quod si servus hereditarius post mortem domini rem cœpit tenere statim sit vsucapionis exordium, procedere, ait, iure singulari, quod probare intendit ex ipso Papiniano, in *l. iusto errore, §. Nondum, ff. d. tit.*

207 Laborat autem multum Valentinia ibidem *num. 7.*

¶ 8. ut suadeat verba illa, *peculij nomine*: accipienda esse de verò, non simulato peculio nescio an feliciter. Quia licet iura, quæ ad hoc ponderat id probent, vnumquodque in sua specie, non tamen hoc sufficit, ut eo sensu semper, & absolutè accipiantur, cum ea verba sua natura sint indifferètia, & apta ad significandum tam verum peculium, quàm simulatum, ut statim dicam.

Concludit ergo Valentia, quod Papinianus *in d.l. 208 fin.* Respondet ex iure communi, cuius principijs attentis non poterat procedere vsucapio (non tamen exprimit, quæ principia iuris cõmunis obstant). At verò *in dicta l. 44. §. Nondum.* Respondet Papinianus *209 ex iure singulari.* Qui cum meminisset, aliter aliquando à seipso fuisse responsum, *in d.l. fin. §. fin. ne quis cum contraria loquutum existimaret,* adiecit *in d. l. 44. §. Nondum.* Sed hæc iure singulari recepta sunt; quasi dicat nõ alteri meo responso nouum hoc placitum aliquis iudicet aduersari, illud enim mittitur iure communi, hoc mittitur iure singulari, &c.

Cæterùm hæc declaratio evertitur primo, quia *210* est manifesta divinatio. Vnde enim habuit Valentia, quod responsum Papin. *in dic. l. 45. fin. & §. fin.* emanaverit prius quam aliud, *l. 44. §. Nondum,* ad hoc ut sit legitimus, aut concludens Valentiaë discursus?

Secundo, quia præposterè, & inordinatè essent *211* collocata illa iura, nam esset ponere prius exceptio-

nem, quam regulam. Inquit Valentia *regulam esse: iure communi in specie proposita, nō posse procedere vsucapionem. Exceptio autem est, quod iure singulari procedat*: Ergo potius debebat poni regula *l. 45.* & postea exceptio *l. 44. §. Nondum.*

212 Tertio, & quod est caput, quia illa verba, *iure singulari*, aliud expriment, seu denotant, quod Valent. & Cuiac. latuit. Et quod nulla lex, in corpore iuris efficaciter probat, iure communi. Vsucapionem non procedere inter testatorem, & heredem.

213 Et quidem longè à ratione est illa verba accipere, ut expriment ius singulare, id est, sine ratione.

214 Mihi certum est, quod, posita à lege hereditate, sicut est constituta, vsucapio procedat iure communi, sed ratione singulari, & hoc est, quod illis verbis denotavit Papinianus *in dict. §. Nondum*, de quo satis dixi in Apparatu. Quare minus vera est solutio Valentia.

215 Equidem solutio *glos. & Bart.* Videtur iuridica, nec divinatoria, ut placuit Valent. Expedi iura iuribus concordare, *l. Praecipimus, Cod. de Appellat. cum simil.* Statuit Papin. ex plurium sententia, & sine contradictione, *in dict. §. Nondum: Nondum adita hereditatis tempus vsucapioni datum est, siue servus hereditarius aliquid cōparat, siue defunctus vsucapere cō-*

216 *perat.* Quod quantū ad servum accipitur de comparante ex causa peculij, quæ conclusio Papiniani est

regu-

regula probata pluribus in locis quoad utramque partem, quæ supra à nobis sunt passim allegata postea quærit in *l. fin. §. fin.* Quid iuris quando servus iacente hereditate rem cœpit peculij nomine? Hæc verba, *peculij nomine*, sunt indifferentia, intelligi apta, ita de verò, quam de simulato peculio.

Erat servorum differentia quoad ministeria, & 217
domini confidentiam, prout nunc sunt, & notatur in *§. si quis ancillas, Inst. de legat. l. sed etsi 12. ff. de Peculio legato*. Et certum est, quod heres plus esset delaturus his, quibus plus deferebat defunctus. Quare servus ut novo domino gratior fieret, simulare poterat defunctum sibi concessisse peculium, & peculiariter aliqua simulatè gerere. Facit *text. in l. Pomponius 13. §. ex facto, ff. de Acquir. hered.* Vbi servus manumissus habebat rem ex causa peculiari, nō concessio sibi peculio, hoc est ex causa peculij sibi propria auctoritate constituti.

His positis subintrat regula *l. In ambigua, ff. de leg. 219*
gib. & S. C. ubi Pomponius docet, quod in ambigua voce legis, ea significatio accipienda est, quæ vitio caret. Si verba illa Papinian. in *l. fin. & §. fin. nomine peculij*, accipiantur de verò peculio remanet significatio vitiosa, & contra ius commune, ianixum rationi singulari, & subtili. Relinquitur ergo accipienda esse, prout acceperunt *glos. & Bartol. de peculio*, quod servus hereditarius propria
aucto-

au^{ct}oritate sibi constituit, vt sententia Papiniani vitiosa non reddatur.

Alia difficultates minoris momēti nobis sunt oppositæ inter loquendum de hac lege, quibus in proponendis, & dissolvendis visum est tempus non terere, omnes enim in nostra interpretatione, quasi Almucentaræ, & Azimuta in suo centro resolvuntur. Et cum præstiterim verum sensum, *l. cum heredes* 23. ff. de Acquir. hered. quæ inconsultè allegatur à DD. & cōsulto à nobis fuit obiter explicata in Apparatu à num. 550. & propter sui maiestatem speciali tractatu digna, quem ferè paratum habeo, hæc lex *si is qui pro emptore*, illustrior evadet.

Quare pro nunc.

Iam opus exegi.

